

Vault
473.6
An88d
1545
BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY
3 1197 23255 2858

W.C. 8 et. 1 28
4845
473
327





164568



DICTIONARIVM

AEL. ANTONII NEBRISSENSIS

cum ex alijs eiuſdem Autoris cõmẽtarijs: tum ex Lexico latino nondum ędito: varia & multiplici acceſſiõe locupletatum, vt dictionum fere omnium varios vſus: ſignificationes: origines: differentias: facile quiuis vnius voluminis ope ſcire valeat. Nunc denuo correctũ, impreſſumq;.

Imperiali cum Priuilegio.

APVD INCLYTAM GRANATAM. ANNO. M. D. XLV.

Xanthus Nebriſſeñ. Ael. Antonij Nebriſſenſis. F. candido Lectori. S.

SATIS me iam huiuſce laboris, quo Antonij Nebriſſenſis patris mei opera typis excudẽda decreui, tædere poterat cãdide Lector, unde plus ſolicitudinis & moleſtiæ, q̃ emolumẽti & commodi hactenus haurire mihi licuit: niſi patris mei pietas, operumq; eius amor, quæ nullo modo fraterno animo proſequi non poſſum, me iam pridem coegiſſet, ut commoda mea omnia illius honori poſthaberem. Hoc enim ſolo nomine memoriæ ipſius optime conſultum eſſe ducimus, ſi eius commentaria, aut nondum ædita, in lucem edamus, aut ab illis propter incuriam deprauata, á mendis quibus hactenus ſcatebant, uindicemus. Quorum, ſecundum artem grammaticam primum ſe obtulit Dictionarium hoc, quod ſi cum exemplari primo conferatur, non parum ab eo degeneraſſe omnibus uideri poterat. Agitur enim annus ſextus & uiceſimus, ex quo Autor á ſe dimiſſum impreſſoribus excudendum tradidit, neq; deinceps ipſi, per multas quibus diſtrictus erat occupationes, emendare licuit, aut uacauit, ſed neq; alius qui id commode facere poſſet, ad eius caſtigationem accinctus eſt. Nam qui impreſſorum iuſſu corrigendi eius curam gerebant, cum uiderent librum hunc admodum vendibilem, & indies peti atq; expectari, non tam errorum maculas expurgare, q̃ codicum numerum augere, non tam optime elaboratum perficere, quam citiſſime abſolutum dare properabant. Quos ego uerius profecto corruptores quam correctores eſſe dixerim. Quod quidem malum cum diu late iam ſerperet, neq; Autoris tantum exiſtimationi, ſed Reipub. litterariæ maxime officeret, oportebat certe nos, qui ab eo, & prognati ſumus, & nomen hæreditario iure deſumpſimus, huic calamitati obuiam ire, qui id non ſine pudore & dedecore negligere poteramus. Hæc igitur ſola res nos impulit, ut impreſſoriæ artis officinam intra ædes noſtras admitteremus, nolo dicere quanto cum honoris noſtri damno (id quod alij liberius dixerint) ſed certe, quod mihi conſcius ſum, non ſine magna tum animi ſolicitudine, tum rei familiaris iactura. Et ſane dum opera noſtra & diligentia, quod aliorum incuria damnum datum erat, reſarciretur, malui, quod aiunt, genium defraudare meum, nulla interim otij, honoris, ſalutisue habita ratione. Collatis itaq; multis exemplaribus, quæ penes nos ſunt, adhibitis etiam in auxilium patris mei commentarijs, quæ multa nobis manu propria ſcripta reliquit ad hanc rem admodum conducentibus, quam emendatiſſimum imprimendum curauimus. Nam quid commemorem tot dictiones perperam ſcriptas, ueræ orthographiæ reſtitutas? tot ſyllabas inuerſas? tot literas, quas uel ſuperfluas remouimus, uel remotas addidimus? quid tot uocabula expulſa in ſuum locum reuocata? Quid? quod plæraque uerba non congruo loco ordineue diſpoſita, ac proinde lectoribus difficilia, ſingula in ſuam ſedem locata digeſſimus. Adde quod multa, quæ tum Autor ipſe, in ijs quæ dixi commentarijs, ob hanc cauſam collegerat, tũ nos ex autoribus eruditiſſimis adnotaueramus, ad huius ueluti cumulum adiecimus, quæ omnia huiuſcemodi floſculi ❀ nota ſignauimus. Simul ne quiſquam quid à nobis additum eſſet ignoraret, ſimul, ut ſi quis indignum aliquid Nebriſſenſis nomine offenderit, in me duntaxat culpam reijciat, qui meipſum in diſcrimen conijcere malui, quã in opere paterno non officioſus uideri. Quod ſi Endemo, Zoſimo, alijſq; præter hos octo autoribus uitio datum nõ eſt, quod Suidæ Græci Lexicon diuerſis temporibus ſeparatim auxere, & omnia cuiuſq; inuenta uni Suidæ adiudicata ſunt, cur mihi ſuccenſendum eſt, qui hæc paterno operi non tã de alieno, quã de ſuo prõptuario addere, neq; tã in alieno ingenioſus uideri, quàm publicæ utilitati conſulere ſum conatus? Quod ſi quis actum nos egiſſe dixerit, quod multa tãquam noua notata ſunt, quæ iam in eodem libro ſcripta erant, ſic exiſtimet, non perinde ſimilia eſſe priſtinis noua, ut quod adiectũ eſt, non ad maiorẽ euidentiã dictorũ faciat. Tum quis non uidet aliqua melius latino ſermone quã Hiſpano declarari? & opus hoc nõ iam intra Hiſpaniæ terminos contineri, ſed apud Luſitanos, Gallos, Italos, Germanos, Pannonios, alioſq; Chriſtianæ dicionis homines diuagari? Qui nimirum facilius eo deinceps uti poterunt, ſi latino idiomate, utpote omnibus communi dictionum ſignificata expoſita inuenerint, ne non uniuerſis ſimul lectoribus conſultum eſſe uideatur. Vale Lector. optime. Granatæ. IIII. Aprilis.

Anno à CHRISTO nato,
Milleſimo Quingenteſimo, quadrageſimo quinto.

De la libreria de [illegible]
[illegible] 30 de henero

UPB

❧ Ad magnificentiſſimum ac perinde
Illuſtrem. D. Ioannē Stunicā magiſtrū
militiæ Dalcantara ordinis Ciſtercienſis
Aelij Antonij Nebriſſenſis grammatici
præfatio in interpretationem dictionum
ex ſermone latino in Hiſpanienſem.

VTRVM
mihi fuerit
honeſti⁹ at-
q̄ꝫ magis è
republica: ī
illo clariſſi-
mo Hiſpa-
niæ ac per
inde totius
orbis terra-
rū Salman
ticenſi gy-
mnaſio ar-
tem grāmaticā ꝓfiteri: an Ampliſſimæ digna-
tionis tuæ contubernio ac iucūdiſſima familia-
ritate frui, multi cotidie à me q̄runt: id quod
ego ſoleo mecum ſæpe cogitare. Nam fuit
(quod ſine arrogantia dictum eſſe velim) pro-
feſſio illa mea vſqꝫ adeo illuſtris: vt etiā maleuo
lorum teſtimonio & inimicorum confeſſione
totum hoc mihi tribuatur: quod latini ſermo
nis officinam primus aperui: auſus, quod ait
Horatius ille Catius, nouis præceptis ſigna po
nere. Et quod ex vniuerſa propemodum
Hiſpania Alexandros, Petros Helias, & du
riora adhuc nomina Galteros, Ebrardos, Pa
ſtranas. & neſcio quos indignos, qui nominen
tur grammatiſtas ac literatores, funditus er-
radicaui. Quodqꝫ ſi apud nationis noſtræ
homines Romanæ linguæ quicquam eſt, id
totum mihi acceptum referri debet. Eſt pro
fecto hæc laboris noſtri merces ita magna: vt
in hoc literarum genere nulla maior excogi-
tari poſſit; ſed tota illa noſtræ profeſſionis indu
ſtria peranguſtis finibus circunſcripta erat.

Nā cū in enarrandis auctoribus oīa prope
tempora mea conſumerem quinis cotidie aut
ſenis horis in re difficillima, nec minus faſti-
dioſa occupatus, fateor, non fuiſſe totum ne-
gocium illud tanti, vt in ea re (quæ videbatur
ad paucorum vtilitatem pertinere) tam bonas
horas collocarē: cū fortaſſe maioribus auſpicijs
atqꝫ ad opera multo maiora nat⁹ eſſem: & quæ
nr̄is hominibus multo conducibiliora forent.

❡ Al muy Magnifico y aſſi illuſtre Señor don
Iuan de Eſtuñiga Maeſtre dela Caualleria de
Alcantara dela orden de Ciſter. Comiença el
prologo del maeſtro Antonio de Lebrixa grā
matico enla interpretacion delas palabras lati-
nas en lengua Caſtellana.

MVchos cada
dia me p̄gū-
tā aq̄llo meſ
mo q̄ yo mu
chas vezes
ſuelo comi-
go pēſar: q̄l
de dos co-
ſas me fuera
mas oneſta y
mas ꝓuecho
ſa ala repu-
blica ēſeñar
grāmatica eñl eſtudio de Salamāca el mas luzi
do Deſpaña; y por cōſiguiēte dela redōdez de
todas las tierras, o gozar dela familiaridad y dul
ce cōuerſaciō de vr̄a muy illuſtre y grā ſeñoria.
Porq̄ (hablādo ſin ſoberuia) fue aq̄lla mi doctri
na tā notable, q̄ aū por teſtimonio delos ēbidio
ſos/y cōfeſſion de mis enemigos todo aq̄ſto ſe
me otorga: q̄ yo fui el primero q̄ abri tienda de
la lengua latina: y oſe poner pēdon para nue-
uos præceptos/como dize aquel Horaciano
Catio. E que ya quaſi del todo pūto deſarray
gue de toda Eſpaña los doctrinales, los Pedros
Elias, y otros nōbres aun mas duros, los Galte-
ros, los Ebrardos, Paſtranas; y otros no ſe q̄ po-
ſtizos y contrahechos grāmaticos/no merece-
dores de ſer nōbrados. E q̄ ſi cerca delos hom
bres de nr̄a naciō algūa coſa ſe halla de latin, to
do aquello ſe ha de referir a mi. Es por cierto
tan grande el galardon deſte mi trabajo: q̄ en
eſte genero de letras otro mayor no ſe puede pē
ſar, mas toda aq̄lla mi induſtria de enſeñar eſta
ua dētro de muy eſtrechos terminos apretada.

Porque como gaſtaſſe quaſi todo mi tiēpo en
declarar los autores/ocupado cada dia cinco o
ſeys horas en coſa no menos dificile q̄ enojoſa,
quiero dezir la verdad, q̄ no era todo aq̄l nego
cio de tanto valor, que ouieſſe de emplear tā
buenas horas en coſa, que parecia tocar al pro
uecho de pocos ſiēdo por auentura nacido con
mayor fortuna y para obras maiores; y q̄ fueſ-
ſen alos nueſtros mucho mas prouechoſas.

INSTITUTO CIENTIFICO Y LITERARIO DEL ESTADO MEXICO BIBLIOTECA

PRAEFATIO.

Quid quod habenda fuit ratio valetudinis & ingenij: cuius vtriuſq; vires ſentiebam indies hebetari: atq; illud mihi vſu euenire, quod de lucerna eſt in prouerbio: dum cætera illuſtrat, ipſam pati intertrimentum.

Itaq; cum eſſem a te princeps illuſtriſſime multis præclariſq; beneficijs inuitatus, vt tuorum numero aſcribi vellem, ilico arripui occaſionẽ: & eo quidem libentius; quod nihil iamdiu magis cupiebam, quam dari aliquando mihi otiũ: in quo poſſem aliquid ſcribere: quod non modo præſentibus, verũ etiam poſteris prodeſſet.

Nõ quod non ſatis pulchre intelligerẽ, quã frequens debeat eſſe is, qui vitam hanc aulicam ſectatur, atq; principi ſuo placere ſtudet, vt, quod fieri commode poſſit, nullum tempus intermittatur, quo non illi aſtet, palpetur, blandiatur, arrideat, condoleat, deducat, & reducat: ſed quod videbam te ea magnitudine animi, vt hæc omnia paruifaceres: & ea humanitate, vt nihil eſſet (modo honeſtum) quod non mihi per te licere poſſe conſiderem. Igitur cum primum tuus eſſe cœpi, magnam ilico ſpem immortalitatis mihi ante oculos propoſui: aggreſſuſq; ſum opus, quod putabam eſſe maximum, omniumq; maxime neceſſarium: ſed cui non modo ego, verum etiam omnes omnium diſciplinarũ profeſſores ſatiſfacere vix poſſint. Nam quotus quiſque præceptor in arte ſua aut non negligit, aut non ignorat plæraque rerum vocabula, in quæ ſi forte inciderit, aut diſſimulat, aut aliud pro alio accipit, aut ſe neſcire fatetur ingenue. Quod ſi velint eſſe paulo diligentiores, atque autores illos conſulere, qui de vocabulorum ſignificationibus ſcripſerunt, aut nihil reperient, aut ſi quicquam reperierint, nihilo plus inde reportent, quam ſi nihil inueniant. Omnes enim qui ſibi vnquam hãc prouinciam aſſumpſerunt, aut in dictionibus obſoletis, inuſitatis, barbaris, & peregrinis magna ex parte occupati ſunt: aut tam ambigue dubitanterq; omnia exponunt, vt nihil certi nobis tradant, aut ſi rem ipſam per diffinitionẽ, qualis eſt, nobis deſcribunt, non tamen ita, vt digito monſtrari poſſit: Quod eo fit, aut quia ipſi ijdem illa ignorant, aut quia incognita per multo incertiora nobis oſtendunt. Quæ omnia vitia (quantum fieri potuit) declinauimus. Nam & vocabula oſca & priſca, quibus propter antiquitatatis maieſtatem plærunq; vtuntur autores, breuiter attigimus, neq; quicquam ſub

Quãto mas q̃ auia razon de mirar por mi ſalud y ingenio: las fuerças d̃los quales entrãbos ſentia mas y mas ſer enflaq̃cidas: y por eſperiencia acõteſcerme lo q̃ dela cãdela eſta enl refrã: q̃ alumbrãdo los otros ella reſcibe mengua.

Aſſi q̃ muy illuſtre ſeñor ſiẽdo yo cõ muchas y ſeñaladas mercedes de vr̃a. S. cõbidado que me quiſieſſe cõtar enl numero delos vr̃os, luego arrebate la buena dicha, y tãto de mejor gana que ya ningũa coſa mas deſeaua q̃ ofrecerſeme ocio en q̃ pudieſſe eſcriuir algũa coſa q̃ aprouechaſſe no alos p̃ſentes: mas aun alos q̃ eſtan por venir.

No porq̃ yo no ſabia biẽ quã cõtinuo ha de ſer aquel q̃ ſigue eſta vida palãciana y quiere agradar a ſu ſeñor, y ſi buẽa mẽte ſe puede hazer, q̃ nũca ſe ẽtrepõga tp̃o: en q̃ no eſte delãte del, le liſõjee, le halague, ſe ria delo q̃ el ſe riere, le peſe d̃lo q̃ le peſare, lo acõpañe do fuere y d̃ do viniere: mas porq̃ conocia la grãdeza de vueſtro animo tamaña, que tenia en poco todo eſto: y la humanidad tan grãde q̃ no auria coſa / ſi fueſſe honeſta, q̃ no me dieſſe lugar p̃a la hazer. Aſſi q̃ luego que comence a ſer vueſtro: puſe delante los ojos vna grande eſperança de immortalidad: y tente vna obra la qual penſaua ſer la mayor y mas neceſſaria de todas: y ala qual no ſolamente yo ſolo / mas aun todos los maeſtros de todas las ſciencias a penas puedan ſatiſfazer. Porque cada profeſſor en ſu arte, o no cura / o no ſabe los mas delos vocablos delas coſas: cõ los quales ſi algũa vez encuẽtra por auẽtura: o los diſſimula / o toma vno por otro / o cõ vna generoſa verguẽça cõfieſſa q̃ no los ſabe. Y ſi q̃ſierẽ ſer vn poco mas diligẽtes / y tomar conſejo de aquellos que eſcriuieron delas ſignificaciones delos vocablos / o ninguna coſa hallarã; o ſi algo hallaren / tanto monta como ſi ninguna coſa hallaſſen. Porque todos los que eneſte cuydado ſe puſieron / eſtan por la mayor parte ocupados en palabras muy antiguas / deſuſadas / barbaras / y eſtrãgeras, o declarã las coſas aſſi cõfuſa y dudoſamẽte que ninguna certidũbre dellas nos dexan: o ſi por difinicion nos ſeñalan que tal es aquella coſa / no alomenos en tal manera que con el dedo ſe nos pueda demoſtrar. Lo qual acõtece / o porque ellos no ſupierõ que coſa era / o porque nos enſeñan las coſas no conocidas por las menos ciertas. Delos quales todos vicios (quãto fue poſſible) nos apartamos: tocando breuemẽte las dictiones muy antiguas: de que por acatamiento del antiguedad a vezes vſan los autores: y no dexando alguna

ambiguitate reliquimus; ſed aut quid eſſe plane diximus: aut confeſſi ſumus nos ignorare, rei genere tantum cum aliqua differentia annotato. Et ne vllus mihi relinquatur veniæ locus; dictiones latinas, aut græcas, & barbaras latinitate donatas per exactiſſimam alphabeti ſeriem digeſtas in hiſpanienſem linguam conuertimus: magno fateor æſtimationis meæ periculo: cum non deſint, qui literas ventilent, calumnientur in ſyllabas, & toti denique huic noſtræ interpretationi detrahant. Sed audendum fuit aliquid: atque pro vtilitate multorum ſubeundum, vt ſapientes atq; inſipientes de nobis iudicarent. Quod ſi alicubi excidimus, neque ſatiſfecimus opinioni, quam multi de nobis habent, conſiderare debebit amicus lector rei difficultatem: & non quid ego fecerim, ſed quid alij præſtare non potuerint.

Nam cum res ipſæ, quarum vocabula ſunt, aut cum ipſa natura perennent: aut in ſolo vſu hominumque arbitrio poſitæ ſint. Naturalia illa magna ex parte nominibus tantum peregrinis orbi noſtro cognita ſunt, & hæc voluntaria (nobis etiam ſentientibus) cotidie cum nominibus immutantur. Quid quod ex ijs rebus, quarum formæ (vt phiſici dicunt) ſempiternæ ſunt; quædam penitus interierunt: quaſdam incognitas repente natura protulit:
Nulla fuit arbor inter antiquos nobilior platano: ſed an extet hodie apud aliquas gentes, ego non auſim affirmare; certe in Hiſpania nuſquam eſſe audio. Fuiſſe autem antiquis temporibus, vel ex eo manifeſtum eſt, quod Cæſar in memoriã nominis ſui arborẽ propria manu Cordubę conſeuit. Qua de re eſt epigrãma Martialis.

In tarteſſiacis domus eſt notiſſima terris,
Qua diues placidum Corduba bethin amat.
Vellera natiuo pallent vbi flaua metallo,
Et linit heſperium bractea viua pecus.
Aedibus in medijs totos complexa penates
Stat platanus, denſis cæſariana comis.

Quod vero poeta dicit, Vellera natiuo pallent vbi flaua metallo. & alio loco

Vncto Corduba lętior venafro:
Albi quæ ſuperas oues Galeſi:
Nullo murice, nec cruore mendax,
Sed tinctis gregibus colore viuo.

Et alio præterea loco de Bethi fluuio, ſic inquit,

Bethis oliuifera crimen redimite corona.
Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.

Nemo eſt qui dicat ſe noſtro ſæculo vidiſſe o-

coſa debaxo de duda: antes eſpecificadamente diziendo que coſa es / o ſeñalando el genero con alguna differencia / confeſſando que no ſabemos la eſpecie. E porq̃ no me quede lugar de perdõ: bolui en lẽgua Caſtellana las dictiones latinas / o griegas / y barbaras vſadas en la lẽgua latina: repartidas por muy diligente orden del .a.b.c. quiero dezir la verdad con gran peligro de mi honra: porque no faltara quien examine las letras, acuſe las ſilabas, y en fin reprehẽda toda eſta nueſtra interpretacion. Mas fue neceſſario de nos atreuer: y por el prouecho de muchos ſometernos al juyzio delos que ſaben y no ſaben. E ſi en algun lugar tropeçamos; y no ſatiſfize ala opinion que muchos de mi tienen: ha de conſiderar el lector amigo la difficultad dela coſa: y no lo que yo hize / mas lo que los otros no pudieron hazer.

Porque las coſas de que ſon los vocablos / o ſon perdurables cõ la meſma naturaleza / o eſtã pueſtas en ſolo el vſo y aluedrio delos hõbres. Las naturales por la mayor parte ſõ conocidas en nr̃a tr̃ra por nõbres peregrinos, y eſtas otras volũtarias ſintiẽdolo noſotros ſe mudã cada dia cõ ſus nõbres. Pues q̃ diremos d̃ aq̃llas coſas, las ſpecies d̃las q̃les (como dizẽ los filoſofos) ſõ eternas: q̃ vnas d̃l todo ſe pdierõ / y otras por el cõtrario nũca viſtas ſubitamẽte pario la naturaleza:
Ningũ arbol fue entre los antiguos mas notable q̃l platano: yo no oſaria afirmar q̃ lo hai oy cerca de algũas gẽtes: alomenos en Eſpaña no oyo dezir q̃ ſe halle. E que en aq̃llos tiẽpos lo ouieſſe: parece muy claro por aq̃llo: que Ceſar en memoria de ſu nombre lo planto en Cordoua por ſu propria mano. Delo qual hai vn epigramma de Marcial, que dize.

Enel Andaluzia ay vna muy notable caſa:
Dõde la rica cordoua goza d̃l dulce guadalq̃uir
Dõde los ruuios vellões cõ el natural oro ſon amarillos. E la biua foja tiñe las ouejas d̃ Eſpaña.
En medio de caſa eſta vn platano de Ceſar:
Que abraça todo el apoſentamiento della.

Y lo q̃l poeta dize. Dõde los ruuios vellones cõ el natural oro ſon amarillos. y en otro lugar.

O Cordoua mas grueſſa quel grueſſo venafro:
Que vences las ouejas del blanco galeſo:
No con trocatinte de ſangre de purpura:
Mas tiñiendolas con biuo color.

Y en otro lugar hablãdo de Guadalq̃uir dize.

O Guadalquiuir coronado de oliuas.
Que tiñes los dorados vellões cõ aguas luzias.

Ninguno ay en nr̃o tp̃o que diga auer viſto o-

ues natiuo illo auri ſplẽdore infectas.

Vbi nunc eſt illa auri tot ſæculis exhauſta atque terris omnibus prælata fertilitas: ex qua pondo auri ſexaginta milia quotannis populo Romano pendebat Aſturia? Vbi nunc argentarij illi putei ab Hannibale inchoati: quorũ vnus tantum trecentas argenti libras cotidie Cartaginenſibus ſubminiſtrabat? Vbi nunc in prouincia Bethica numeroſa illa plumbi inuentio? Vbi in Tarraconenſi ad Segobrigam lapidis ſpecularis metalla? Vbi torrentis illius, qui præterlabitur Tarraconem lini tenuandi: poliendi: candificandi incredibilis quædam natura: carbaſis ibi primum repertis? Quæ omnia eouſq; euanuerunt: vt ne veſtigium quidem vllum noſtra ætate reperiatur. At econtrario multa ſunt noſtro ſæculo: quæ antiquitas illa aut penitus ignorauit aut genere tantum indiſtincte cognito: differentias rerum non intellexit. Mala citrea vnius tantum generis ac nominis atque ita vix cognita apud antiquos, fuiſſe legimus. Nos vero eius pomi varijs generib9, noĩa diuerſa indidimus, cidras: naranjas: toronjas: limas: limones appellantes. Pari ratione cucumeres vna forma atque nomina apud illos erant: cum repente prouenere in Campania conglobati: & ex illorum ſemine factum eſt nouum genus: cœptiq; appellari melopepones. At vero nos (præter anguinum & cultiuum & illum in Cãpania inuentum) adhuc alia genera cernimus: pepinos: badeas: ſandias vocamus. Neq; ſolum ijs in rebus, quæ natura conſtant, vocabula ipſa cum rebus oriuntur ſimul, & occidunt; verum etiam vſus & deſuetudo tantum pollet, vt rebus ipſis permanentibus, quædam ex illis obruat, quædam rurſus proferat in lucem.

Accipitres eos, qui ſic proprie appellantur, & quibus tempeſtati noſtri aucupes vtuntur, in duo genera diſtinxit Ariſtoteles autor omnium diligentiſſimus: atque humipetas & ſublimipetas appellat: nos açores & halcones dicimus. Sed quod illis temporibus ars hæc accipitraria nondum erat inuenta; neque accipitrum vſus adeo frequens: ſatis habuerunt illos ex ratione volatus in duo genera partiri.

Noſtri vero, quibus hæc ars eſt in maximo honore: complures in vtroq; genere differentias fecerunt gauilanes: açores: girifaltes: neblies: ſacres: alfaneques: baharies: tagarotes: tum plumarum ratione, tum naſcendi ordine, tum patriæ, prædæ, victus, morumque varie-

uejas teñidas de aq̃l natural reſplandor de oro? Dõde eſta agora aq̃lla fertilidad de oro nũca vazia en tãtos ſiglos: y antepueſta a todas las tĩras: dela q̃l las aſturias rẽtauã cada vn año al pueblo Romano ſeſenta mil libras de oro? Dõde eſtã aq̃llos pozos de plata q̃ começo Anibal: delos quales vno ſolo rentaua cada vn dia alos Cartagineſes trezientas libras de plata? Donde eſta enel Andaluzia aquella copioſa inuẽcion del plomo? Dõde en Aragõ cerca de Segorue aq̃llos mineros de piedra q̃ ſe traſluzia? Dõde aq̃lla marauilloſa naturaleza del arroyo q̃ paſſa por Tarragona pa adelgazar polir y blãqar el lino: dõde los carbaſos fuerõ p̃mero hallados?

Lo qual todo aſſi deſaparecio, que ningun raſtro dello ſe halla en nueſtro tiempo. Por el contrario muchas coſas hai en nueſtro ſiglo: las quales el ãtiguedad o del todo no conocio: o confuſamente conocido el genero no entẽdio ſus differencias. Solamẽte leemos vn nombre y genero de fruta agra: y aſſi a penas conocida entre los antiguos. Pero noſotros poſimos diuerſos nõbres a diuerſos generos de aq̃lla fruta llamando las cidras, naranjas, toronjas, limas, limones. Eſſo meſmo los cohõbros que eran de vna figura y nombre entrellos: ſubitamente nacieron en Campania redondos: y dela ſimiẽte dellos hecho vn nueuo linaje / começaron ſe a llamar melones y pepones. Mas noſotros allẽde el cohõbrillo amargo: y el q̃ ſe labra: y el q̃ ſubito nacio ẽ Cãpania: otros generos vemos q̃ llamamos pepinos: badeas: ſandias. E no ſolo enlas coſas que permaneſcen con la naturaleza / los vocablos juntamente nacen y muerẽ cõ las coſas: mas aun tanto puede el vſo y deſuſança: que permaneciendo las meſmas coſas: vnos dellos echa en tinieblas: y otros ſaca a luz.

Las aues de caça q̃ propriamente aſſi ſe llamã: y delas quales vſan los caçadores de nr̃o tiẽpo en dos generos las repartio Ariſtoteles el autor de todos el mas diligẽte: y llamo las baxo bolãtes y alto bolãtes. noſotros nõbramos las açores y halcones. Mas porq̃ en aq̃llos tiẽpos eſta arte dela cetreria aun no era hallada: ni el vſo deſtas aues tã eſpeſſo: harto les parecio partir las en dos linajes por la diuerſidad del buelo.

Pero los nueſtros que tienen eſta arte en gran eſtima: hizeron en eſte genero muchas differẽcias: gauilanes, açores, girifaltes, neblies, ſacres, alfaneques, baharies, tagarotes: diſtinguiendo los / o por la razõ del plumaje / o por la ordẽ de nacer / o naturaleza / p̃ſa / mãtenimiẽto / y diuer-

tate diſtinguẽtes. Contra in apibus animal, quo nullum eſt nobis familiarius, & quod ex inſectorum genere ſolum eſt hominum cauſa generatum, multa ſunt, quæ nec apiarij quidem noſtri ſæculi intelligunt, cũ a maioribus noſtris ſint perſpecta, ſimul & cognita.

Quis enim hodie ex mellatione aliud percipit, quam mel & ceram? Pauci ex medicis nouere propolim. Rhitacen vero, quod erat ex fauis mel præcioſiſſimum, virtutiſq; ad illiciendum mirandæ, ne ſuſpicari quidem poſſunt: quid ſit: cum cleros. metys. piſſoceros magni ad medicamenta vſus omnino illis re atque nomine incognita ſint. Iam vero ex ijs rebus, quæ ſunt in promptu, ſemperque fuerunt, multa ſignificantius vno verbo latinus ſermo dicit, quam nos pluribus. Eſto exempli cauſa omen, quod ſignificat illud (vt ita dicam) auſpicium, quod captamus, ex eo quod locutus eſt quiſpiam in re perquam diuerſa: ſi velimus Hiſpanum facere, vix multis verbis id poterimus conſequi. Si verteremus in alfil Toledano, recte atque Hiſpane interpretaremur: ſed quid illud ſit perpauci intelligunt. Econtrario multa latinus ſermo habet, quorũ vim, & ſi latina lingua ſentit, non tamen habet vnũ aliquod verbum, quo illa enunciet. Vt ecce a cubito nos fecimus codada: pro eo quod eſt latine cubiti ictus. codear pro eo, quod eſt cubito vellere. Quod ſi earum rerum, quæ ſunt per naturam conſtantes, vocabulorũ tanta mutatio eſt: quid futurum putamus in ijs, quas aut neceſſitas humana cotidie reperit: aut luxuria parit, aut ocium excogitat?

Ex hoc genere ſunt veſtes, armamenta, cibi. vaſa. naues. inſtrumenta muſicæ: rei ruſticæ, atque omnium illarum artium, quas in opulentiſſima quaque ciuitate cernimus. Hæc idcirco tan multis repetita ſunt, vt nemo miretur, ſi non ſemper Hiſpanienſia latinis, atq; Hiſpanis latina vocabula reddidimus. Nihil enim in vtriuſque linguæ dictionibus comparandis tam præ nobis tulimus, quã illud, quod de lege interpretandi eſt a Cicerone dictũ elegantiſſime. verba non numeranda; ſed ponderanda eſſe. Neque ocioſum quis putet, quod in eodem opere duo opera edidimus. Nam illud quoque fuit nobis curæ, vt proſpiceremus omnium vtilitati: & eorum qui ex Hiſpano ſermone in latinum venire cupiunt, & eorum qui latinos codices legere audent, nec dũ tñ illis cognitio latinæ linguæ abſoluta cõtigit.

ſidad de coſtumbres. Por el contrario enlas abejas animal tan familiar a noſotros que ninguno es mas: el qual ſolo delos ceñidos fue criado por cauſa delos hõbres: muchas coſas hai q̃ aun los colmeneros de nueſtro ſiglo no ſientẽ: ſiẽdo de nueſtros maiores caladas y conocidas.

Por quel dia de oy ninguno recoge dela caſtrazon ſino miel y cera. Pocos delos medicos ſabẽ que coſa es propolis. Pues la ritaca que era delos panales la miel mas eſtimada, y de virtud marauilloſa pa atraer: ni aun por ſoſpecha ſaben q̃ coſa ſea: ya cleros. metis, y piſſoceros coſa de mucho prouecho pa las medicinas del todo les ſon eſcõdidas por virtud y nombre. Pues de aq̃llas coſas que eſtan a la mano y ſiempre fueron: muchas dize el latin mas ꝓpiamẽte por vna palabra: que noſotros por muchas. Como omen (lo qual a manera de dezir) ſignifica aq̃l agueero que tomamos delo que alguno hablo a otro propoſito. ſi quiſieremos boluer lo en Caſtellano a penas lo podremos hazer en muchas palabras. E ſi boluieſſemos en alfil toledano: ſeria la interpretaciõ derecha y caſtellana mas pocos entienden que coſa aquello ſea. E por el contrario muchas coſas tiene nueſtra lẽgua: la fuerça delas quales aun q̃ ſiente la latina: no tiene vna palabra por la qual la pueda dezir. Como de codo noſotros hezimos codada: por lo que enel latin ſe dize golpe de codo. codear/por lo que es dar del codo. Pues ſi tanta mudança hai en los vocablos delas coſas que duran con la naturaleza; que ſera en aquellas que cada dia halla la neceſſidad humana: o pare la luxuria; o buſca: la ocioſidad?

Deſte genero ſon las veſtiduras, armas, manjares, vaſos, naues, inſtrumẽtos de muſica/y agricultura: y de quãtas artes vemos en cada ciudad muy rica y baſtecida. Eſtos auemos aſſi largamente dicho porque ninguno ſe marauille: ſi no ſiempre dimos palabras Caſtellanas a las latinas: y las latinas a las Caſtellanas. Porque en cotejar las palabras deſtas dos lenguas/ ninguna coſa tuuimos mas ante los ojos: que en lo q̃ la ley dela interpretacion muy hermoſamente dixo Tulio: que las palabras ſe han de peſar y no contar. Ni pienſo que fue coſa demaſiada publicar dos obras en vna meſma. Porque tambien miramos por el prouecho de todos: aſſi delos que por la lengua Caſtellana deſſean venir a la latina: como delos que ya oſan leer libros latinos: y aun no tienẽ perfeto conocimiẽto dela lengua latina.

Volumen tamen ipſum ſub incredibili qua
dam breuitate contraximus; ne pauperes/ma
gnitudo præcij ab emptione, diuites vero fa=
ſtidioſos vmbilicus craſſior a lectione deterre/
ret. ſimul etiam quo facilius ſub ala/atque in ſi=
nu manuque geſtari & circumferri poſſet.

Inſcripſimus autem, non qua cæteri arro=
gantia catholicon, pandectas, ceras amalteas:
quod eſt vniuerſale comprehenſorium, cornu
copiæ appellantes: ſed pleno verecundiæ titu=
lo lexicon græce: quod eſt latine dictionarium.
Tuæ vero amplitudini dedicauimus, non qua
fiducia cymbalum illud mundi Apion gram=
maticus qui dicebat illos a ſe immortalitate do/
nari, ad quos opera ſua componebat: ſed qua
Phidias ille primus toreuticæ artis repertor,
qui cum Athenienſibus ex auro & ebore me/
moratiſſimam illam Mineruæ ſtatuam effin=
geret, nomenque ſuum inſcribere, non liceret:
ſui ipſius per ſimilem imaginem ita clypeo co=
agmentauit, vt ea conuulſa/tota operis colliga
tio ſolueretur. Ego quoque pari ratione cum
viderem te generis nobilitatem a maioribus
acceptam, præclariſſimis tuis virtutibus mul/
to illuſtriorem reddidiſſe, nomenque tuum a=
pud noſtræ nationis homines immortale futu=
rum; quia non poteram ego per meipſum no=
bilitari: excogitaui rationem (vt ait poeta) qua
poſſem me humo tollere: atque ipſe fieri im/
mortalis: & in titulo huius operis ita meum no
men cum tuo ferruminaui: vt alterum ab alte
ro diuelli non poſſet. Rationes autem & ar=
gumenta quæ nos impulerunt; vt iſto vel illo
modo interpretaremur; enarrationes quoque
vocabulorum & cæteras grammaticæ partes
in tria illa volumina diſtulimus, quæ ijs de re=
bus ſumus propediem ęditurí opus magnum,
diffuſum, atque varium, quippe quod ex qua/
dringentis circiter probatiſſimis auctoribus cõ
flatum eſt. Eratq; mihi in animo, illud in primis
ędere, niſi eſſem a te princeps humaniſſime coti
diano prope cõuicio exagitatus: vt inciperẽ iã
tandẽ aliquid emittere: neq; te diutius vana ſpe
luderem. Quemadmodũ igitur ampliſſimæ
dignationi tuæ debebunt, qui aliquid vtilita=
tis ex hac mei operis ęditione percipient, ita
par eſt, vt tibi imputẽt, ſi quid eſt a nobis prę/
cipitanter atque incõſiderate ęditum. Sed an=
tea quam rem ipſam aggrediamur, pauca no/
bis præmittenda ſunt: quibus omnem noſtrã
mentem circa dictiões ſingulas explicabimus

Eſtrechamos eſſo meſmo el volumẽ debaxo
de vna marauilloſa breuedad: porq̃ la grãdeza
del pcio no eſpãtaſſe alos pobres d̃lo cõprar: ni
la frẽte alta d̃l libro alos ricos faſtidioſos d̃lo leer,
y tãbiẽ porq̃ mas ligero ſe pudieſſe traer de vn
lugar a otro enla mano y ſeno y ſo el braço.

Intitulamos lo no con aquella ſoberuia que
otros/llamãdolo catholicõ / pandectas cuerno
de amalthea: quiero dezir vniuerſal cõprehen
ſorio/cuerno d̃la dioſa copia: mas cõ titulo lleno
de verguẽça lexicon en griego: q̃ es dicionario
en latin. Cõſagrelo a vr̃a magnifica. S. no con la
fuzia que aquella cãpana del mũdo Apion grã
matico: el qual dezia que daua immortalidad a
aquellos a quien intitulaua ſus obras: mas cõ la
confiança que Fidias el primer inuentor del bu
ril y ſinzel: el qual haziẽdo alos Athenienſes
aquella muy mẽtada ſtatua de Minerua de oro
y marfil: como no pudieſſe eſcriuir enella ſu nõ
bre: en tal manera trauo ſu meſma muy ſemejã=
te imagẽ al eſcudo: q̃ ſi la arrãcaſſẽ toda la traua/
zõ dela obra ſe deſataſſe. E aſſi yo por eſta razõ
viendo q̃ con vr̃as muy eſclarecidas virtudes: a/
ueys fecho mas illuſtre la nobleza q̃ de vr̃os ma
yores heredaſtes: y q̃ ẽtre los hõbres de vr̃a na
cion: vr̃o nõbre no auia de morir: pues que yo
por mi meſmo no podia ſer ennoblecido: buſq̃
vn camino (como dize el poeta) para me leuã
tar del ſuelo/haziendo me immortal, y enel titu
lo de aqueſta obra: en tal manera ſolde mi nõ=
bre conel vueſtro: que el vno del otro no ſe
pueda apartar. Mas las razones y argumen=
tos que me mouierõ a interpretar en vna o en
otra manera: eſſo meſmo la declaraciõ d̃los vo
cablos / y otras partes dela grammatica; diffe=
rimos lo para aquellos tres volumines: que
deſtas coſas en breue tenemos de publicar. o=
bra grande, copioſa, y de coſas diuerſas, fra=
guada quaſi de quatrocientos muy aprouados
autores. E tenia en voluntad publicar primero
aquello: ſino fuera de vueſtra magnifica. S. per=
ſeguido que començaſſe ya a publicar algu=
na coſa: y no le burlaſſe ya mas con vana eſpe
rança. Pues aſſi como le quedaran obliga=
dos aq̃llos q̃ recebirã algũ puecho dela publica
ciõ de aq̃ſta mi obra: aſſi es coſa juſta que le car
guen la culpa: ſi yo algũa coſa publique arreba
tadamẽte y ſin conſideracion. Mas antes q̃ co=
mencemos el negocio principal: pornemos de=
lante pocas coſas: por las quales en cada vna de
las diciones declaremos todo nr̃o penſamiẽto.

PRINCIPIO omnes dictiones in differẽcia eſſe quincuplici. Nam aut ſunt oſcæ, aut priſcæ, aut nouæ, aut barbaræ, aut probatæ. Oſca ſunt vocabula; quæ & opica poſſunt appellari, quibus oſci atque opici antiquiſſimi Italiæ populi vſi ſunt: ſed quæ ſæculum eruditius omnino damnauit: atque ex vſu penitus excluſit.

De quibus libro primo oratoriarum inſtitutionum Quintilianus ait, Neque ſint vtique verba ab vltimis etiam obliteratis temporibus repetita, qualia ſunt proſapia, exantlare, antigerio, & ſaliorum carmina vix ſuis ſacerdotibus intellecta. Priſca verba (vt idem autor inquit) afferunt orationi maieſtatem aliquam non ſine delectatione. Nam & autoritatem antiquitatis habent, & quia intermiſſa ſunt: gratiam nouitati ſimilem parant. Sed opus eſt modo; vt neque crebra ſint, neque manifeſta, quia nihil eſt odioſius affectatione, qualia multa legimus apud Plautum/ & Terentium/ Catonem: atque etiam ex iunioribus Vergilium & Lucretium. Noua ſunt, quæ probatiſſimi autores auſi ſunt in medium proferre, cum antea non eſſent: ex Horatij memorabili præcepto:

— Licuit ſemperque licebit,
Signatum præſente nota producere nomen.

Sic Cicero a beatus fecit beatitas & beatitudo; quorum alterum exploſum, alterũ receptum eſt. Sic noſtra ætate Franciſcus philelphus ſtapeda: pro eo quod Hiſpane dicimus eſtribo.

Cuius audaciæ quanquam eſt a plæriſque reclamatum, poteſt tamen excuſari, quod nullum inuenit latinum nomen, quo poſſet ſignificare id, quod volebat: cum neque res ipſa fuerit apud antiquos; ſic & nos ipſi multa in hoc genere ſumus auſi; quibus ego interim cenſeo vtendum; quoad meliora ab alijs fuerint inuenta. Barbara ſunt, quæ ex peregrino ſermone aſcita, latino ſermoni autores inſeruerunt. Sic Vergilius ex ſermone germanico ſumpſit cateia: qđ eſt iaculi genus. Sic ab Afris magalia, quæ ſunt caſæ paſtoriciæ. Sic Cicero a Sardis maſtruga, quod eſt veſtis genus. Sic Iuuenalis rheda, quod eſt vocabulum gallicum: ſignificatque vehiculi genus. Sed, vt Quintilianus ait, excuſatur hoc vitium aut conſuetudine, aut autoritate, aut vetuſtate, aut denique vicinitate virtutum. Probata vero vocabula ſunt habenda, quibus autores illi vtuntur, qui

PRimeramente que cinco maneras hai de vocablos; porq̃ o ſon oſcos, o ſon antiguos, o ſon nueuos, o ſon barbaros, o ſon aprobados. Oſcos ſe pueden llamar o opicos aquellos vocablos: de que vſaron los oſcos y opicos pueblos de Italia muy ãtiguos: mas cõdeno los de todo punto/ y echolos del vſo el ſiglo mas enſeñado.

Delos quales dize Quintiliano enel primer libro de ſus oratorias inſtituciões. No ſeã las palabras tomadas delos vltimos tiempos y ya oluidados: q̃les ſon por generaciõ, acabar, mucho, y los verſos ſalios delos ſacerdotes; q̃ ellos a penas entienden. Las palabras antiguas (como dize el meſmo autor) dan al razonamiẽto alguna majeſtad cõ mucha delectaciõ. Porq̃ tienẽ autoridad delo ãtiguo; y por ſer deſuſadas tienẽ gracia como ſi fueſſen nueuas. Mas es meneſter vna templança: que ni ſeã eſpeſſas ni manifieſtas: porque ninguna coſa es mas odioſa que lo exquiſito; tales leemos muchas en Plauto, Terẽcio, Caton; delos mas nueuos enel Vergilio; y Lucrecio. Nueuas ſon las palabras que los autores muy aprouados oſaron ſacar a luz, no auiendolas en antes; por aquella notable regla de Horatio. Fue licito y ſiempre ſera ſacar nõbre del cuño que ſe vſa.

Aſſi Tulio de beatus fizo beatitas y beatitudo: delos q̃les el vno fue deſechado/ y el otro recebido. Aſſi en nr̃os dias Frãciſco filelfo fizo ſtapeda: por aquello q̃ en caſtellano dezimos eſtribo.

Ala oſadia del qual (aun que todos los mas reclamaron) puede excuſar porque ningun nonbre latino hallo/ por el qual dieſſe a entender lo que queria: no ſiendo aquella coſa entre los antiguos, aſſi yo meſmo eneſta parte vſe muchas coſas: delas quales entre tanto me parece q̃ ſe deuen vſar, faſta que por otros ſe fallaſſen otras mejores. Barbaras ſon las palabras que tomadas de algũa lẽgua peregrina los autores mezclarõ al latin. Aſſi Vergilio đla lẽgua tudeſca tomo cateia q̃ es aſta pa tirar. Aſſi đlos de Africa magalia: q̃ ſon caſas de paſtores. Aſſi Tullio delos ſardos maſtruga q̃ es cierto veſtido. Aſſi Iuuenal rheda q̃ es palabra franceſa: y ſignifica vn linaje de carro. Mas como dize Quintiliano/ eſcuſa ſe eſte vicio o por coſtũbre/ o por autoridad/ o por vejedad/ o finalmente por alguna vezindad de hermoſura. Aprouadas ſon las palabras de que vſan aquellos autores; que

floruerunt intra ducentos circiter quinquagin
ta annos ab ortu Ciceronis ad Antoniũ Pium:
hoceſt, a centeſimo ante natalem Criſti anno
ad centeſimum quinquageſimum, ex quo ſalu
tem chriſtianam numeramus. De quo ver-
borum genere Quintilianus inquit, vt nouo-
rum optima erũt maxime vetera: ſic veterum
maxime noua. Ex probatis vero alia ſunt vſi-
tata, alia rara. Inter quæ rurſus alia eſt diffe
rentia; quod alia ſunt poetica: alia oratoria: a-
lia hiſtorica. Autoritas, vt idem Quintilia-
nus ait, ab oratoribus & hiſtoricis peti ſolet: nã
pöetas metri neceſſitas excuſat.

Quare vocabulis opicis atque barbaris illis
tm̃ vtemur, q̃ ſunt ab autoribus celebrata; atq;
id qdẽ rariſſime, nec ſine quadã ignominiæ no
ta addentes, vt ita dixerim, vt ſic loquar, & ſimi
lia, quibus ſermonis in proprietatem excuſa-
re conſueuimus. Priſcis vero & nouis raro
quoque & cum verecundia quadam: vt excu-
ſare poſſimus, id feciſſe aut in honorem anti-
quitatis; aut neceſſitate cum dictionẽ latinam
non habemus: qua id, quod volumus, ſignifica
re poſſimus. Probatis vero quæ ſunt in vſu
frequenti frequenter: raris raro: pöeticis in car
mine tantũ, oratorijs vero & hiſtoricis in pro-
ſa oratione, atque in carmine indifferenter
vtendum. Atque vt in tanta ambiguitate le-
ctorem monere poſſimus, adiecimus cuiq; di-
ctioni notam, qua cẽſeri debet, cuius ſit ordinis.

Nam oſcis. oſ. priſcis. pr. nouis. no. barbaris.
bar. raris. ra. pöeticis. po. quibus vero nihil ta-
le appoſuimus, vſitata & oratoria intelligendũ
eſt, nam græcis receptis æque ac latinis vte-
mur. Orthographia, vero quia ſimplex non
eſt atque, vt ait Quintilia. cõſuetudini ſeruit,
& cum temporibus ſæpe mutatur, literaturam
illam ſequemur, in quã plerique autores cõſen
tiunt. Quare meminiſſe debebit is, qui dictio
nem aliquam requiret, poſſe illã ſcribi per vo-
calem aſpiratam vel exilem: vel per ae vel oe
diphthongon, vel ſine diphthongo. per ſimpli
cem aut duplicem conſonantem. per. ch. ph.
rh. th. aſpiratas, aut per. c. p. r. t. exiles. Itaq;
ſi orthographiæ ratio lectori non ſatis conſtat,
neque ceſſabit ab inquiſitione, quoad omnes
locos fuerit perſcrutatus. Inter. i. iota & y
pſilon, & ſi tanta diſtantia eſt; quãta poteſt eſſe
maxima inter duas vocales. inter. i. præterea
&. u. cum accipiuntur pro vocalibus; & cum
pro conſonantibus ſcribuntur, tanta ſit diffe-
rentia, vt inter duas quaſlibet literas maior

florecierõ quaſi dentro de dozĩetos y cincuenta
años deſdel naſcimĩeto đ Tulio haſta Antonio
pio: quiero dezir cien años ante el nacimĩeto de
Chriſto haſta ciento y cincuenta años deſpues
dela ſaluacion delos chriſtianos. Del qual li-
naje de palabras dize Quintiliano: que aſſi co
mo delas nueuas ſõ mejores las mas viejas: aſſi
delas viejas las mas nueuas. Delas aprouadas
vnas ſon vſadas: otras raras. Entre las q̃les tã
biẽ hai otra diferẽcia, q̃ vnas ſõ poeticas: otras
oratorias/y hiſtoricas. El autoridad como dize
Qui. đlos oradores y iſtoriadores ſe ſuele tomar
porq̃ la neceſſidad del metro excuſa los poetas;

Aſſi q̃ delos vocablos opicos o barbaros ſola
mẽte vſaremos: de q̃ vſarõ los autores: y aũ eſto
pocas vezes añadiẽdo vna ſeñal de infamia: por
q̃ aſſi lo diga: o a manera de dezir: o enſemejãte
manera donde ſolemos excuſar la impropie-
dad de lengua. Delas antiguas y nueuas po-
cas vezes vſaremos y con verguença. y que
nos podamos eſcuſar que lo hezimos / o por
honra dela antiguedad, o quãdo no tenemos
palabra latina: por la qual digamos lo que que-
remos. Delas aprouadas que eſtan enel vſo
eſpeſſo/vſaremos eſpeſſamẽte: đlas raras pocas
vezes. delas poeticas ſolo eñl verſo. delas orato
rias y hiſtoricas en ꝓſa y en verſo ſin algũa dif-
ferencia. E porq̃ en tãta dificultad auiſemos
al Letor: añadimos a cada palabra vna ſeña:
por la qual ſe juzgue de que orden es.

E alas oſcas puſimos. oſ. alas antiguas. pr. alas
nueuas. no. alas barbaras. bar. alas raras. ra. alas
poeticas. po. alas q̃ ningũa coſa entẽdemos q̃ ſõ
vſadas y oratorias: porq̃ delas recebidas delos
griegos vſaremos como đ latinas. E porq̃ la or
tographia no es ſẽzilla: y como dize Quint. ſir
ue ala coſtũbre; y cõ los tp̃os ſe muda muchas ve
zes: ſiguiremos aq̃lla razõ delas letras en q̃ cõ
ciertã los mas delos autores. Aſſi q̃ el q̃ buſcare
algũa palabra/recuerdeſe q̃ aq̃lla ſe puede eſcri
uir cõ vocal aſpirada o ſotil. o cõ. ae. o oe diph-
thongo o ſin diphthongo. por ſenzilla o dobla
da conſonãte: o con. ch. ph. rh. th. aſpiradas: o
con. c. p. r. t. ſotiles. De manera que ſi el Le-
tor no tuuiere cierta la razõ dela ortographia:
no ceſſara de buſcar haſta que requiera todos
aquellos lugares. Entre la. i. eſpeſſa y la. y. ſo-
til: aunque ay tãta differencia: quãta no puede
ſer mayor entre dos letras vocales: y tambien
entre la. i. u. quãdo ſe tomã por vocales: o quã-
do ſe eſcriuen por conſonantes: tanta differẽcia
hai: quanta no puede ſer mayor entre dos qua-

eſſe non poſſit: nos tamen vtrarumque ordi-nem confundimus.

Proſodiam quoque ex eiuſdem Quintilia-ni ſententia in hunc modum deſignauimus: vt cum litera alium vel alium intellectum (prout producta vel correpta eſt) facit: ambiguitatem illam apice diſtinguamus. Vt quia malus prima producta ſignificat arborem: apicem eidem imponamus: ne putetur ſignificare non bonum. Occido præterea quia media longa ſignificat interficio; eadem breui cado ſiue pereo tanta errandi occaſio tolletur apice primæ aut ſecundæ ſyllabæ impoſito.

Idem quoque fecimus in dictionibus illis, quæ peruerſe ab imperitis efferuntur; aut habent accentum paulo reconditiorem. Nam in omnibus id facere, eſt quidem ineptiſſimũ: cum virtus & ars (quemadmodum ait Ariſtoteles) circa difficile verſentur. Nemo enim ignorat, quo accentu dominus efferatur, quare id extra rationem artis erit. Sed quoniã indocti proferunt ſinapis; aratrum; Iacobus. Iſidorus. & alia multa ſecunda ſyllaba a fine breui; atque eandem accentu graui. & econtrario biſſinus, adamãtinus. Origenes. Hermogenes penultima acuta. hic omnis labor. hoc opus artis eſt tantam ignorantiam ex hominum mentibus extirpare. Quia vero poſſet quiſpiam ambigere, quo accentu dictiones incognitæ plæriſque proferantur: apice omnis ambiguitas illa tolletur.

Etimologiæ ratio, quam Cicero veriloquium interpretatur: quamquam latiſſime patet; eius vim præcipuam oſtendimus; cum dictionis cuiuſque intellectum referamus: quod alij fecerunt partim obſcurius, partim negligentius.

Nam vocabulorum originem, quoniam in hoc opere ſpacijs iniquis excludũtur, in aliud opus differre libuit: tantum adiectus eſt nomini genitiuus: & primæ poſitioni verborum ſecunda perſona ſingularis inflectendi modo; vt ſignificaremus, quotæ declinationis illa eſſent. hæc vero quotæ coniugationis: quæ res ſignificationem plærunq; mutat. In alijs vero quæ partes orationis eſſent, in cõpendiũ ſcripſimus.

Finis.

leſquier letras: pero noſotros confundimos la orden delas vnas y delas otras.

La proſodia eſſo meſmo: ſegun la ſentencia de Quintiliano: ſeñalamos eneſta manera: que quando la letra por ſer luẽga o breue haze diuerſos entendimientos: quitemos aquella duda con vn reſguito. Como porque malus la primera luenga ſignifca el mançano: le põgamos aquel reſguito: porque no piẽſen que ſignifica no bueno. Occido tambiẽ: porque la de medio luẽga ſignifica matar: y aq̃lla meſma breue caer o perecer. eſta ocaſiõ de errar ſe q̃tara pueſto el reſguito ſobre la primera o ſegũda ſilaba.

Eſto meſmo hezimos enlas palabras que los que poco ſaben pronuncian al reues: o tienẽ el acento vn poco eſcondido. Mas hazer eſto en todas es deſuario: porque como dize Ariſtoteles; la virtud y el arte negocian enlas coſas difficiles. Porque todos ſaben dominus con que acento ſe pronuncia: y por eſto ya va fuera de artificio. Mas porque los ignorãtes pronuncian por moſtaza. arado. Diego. Iſidro. y otras muchas palabras la penultima ſylaba breue: y aquella meſma por acẽto graue: por el cõtrario por coſa de biſſo. de diamante. Origines. Hermogenes. la penultima aguda: eſte es el trabajo: eſta es la obra del arte: quitar eſta ignorãcia del penſamiẽto delos hõbres: E porq̃ podria alguno dudar con q̃ acento ſe pronũcian las diciones a pocos conocidas: toda eſta duda ſe quitara con aquel reſguito.

La razon dela etymologia: la qual Tulio interpreta verdad de palabras: aunque a muchas coſas ſe eſtiẽde: demoſtramos ſu principal fuerça declarando la ſignificacion de cada palabra: la qual otros hizierõ o eſcura o negligẽtemente.

Mas la origen delos vocablos: porq̃ la eſtrechura deſta obra no lo ſufre: plugo nos dela dexar pa otra obra: ſolamẽte añadimos al nõbre ſu genitiuo: y ala primera poſiciõ del verbo la ſegũda pſona ſingular del indicatiuo: para ſignificar de que declinaciõ era el nombre; y de que cõiugaciõ el verbo: lo qual muchas vezes muda la ſignificacion. Y enlas otras eſcreuimos por breuiatura que partes eran dela oracion.

Fin.

¶ alas otras palimos .os. alas antiguas .pr. alas nuevas .no. alas barbaras .bar. alas raras .ra. alas poeticas .po. alas que ninguna cosa / entendemos q son usadas .y oratorias .: porq delas Recebidas delos griegos hazemos como delatinas.

AD SPLENDIDISSIMVM EQVESTRIS ATQVE SENATORII ORDINIS

virum Michaelem Almazanū a libellis, ab aure, a ſecretis Ferdinandi Tarracoñ. & vtriuſq; Siciliæ atq; inſularū maris nr̄i Regis clariſſimi, atq; ꝓinde totius orbis Hiſpani moderatoris: Ael. Antonij Nebriſſ. Regij hiſtoriographi p̄fatio in ſecundam ęditionē Lexici ſui incipitur.

EST APVD GRAECOS ADAGIVM frequens, Latinis acceptū, Hiſpanis vſurpatū, impudēter eos agere, q eandē filiā duobus ſimul gn̄is locāt, in eos dictū, q ex vna opera duplices exigunt mercedes. Quod vere poteſt in me dici, qui lexica mea Ioāni a Stunica ex Ciſterciēſis ordinis magiſtro. S.R.E. Cardinali atq; Archiep̄o Hiſpalēſi dedicata ſemel: nūc Dignationis tuæ noīe, quaſi rem nouā emittimus in vulgum legendā. Poſſem ego iocans purgare me ab hac ambitionis ſuſpitiōe, licere mihi ꝑ leges diuinas & humanas: quod licet patri in demortui generi, locū alterū filiæ ꝓſpicere. Sed non eſt meum vetera ꝓ nouis vendere, neq; eandē rem duobus dominis adiudicare. Nā cū abhinc annos circiter viginti illa duo lexica cotidiano prope cōuitio p̄ſulis mei p̄cipitanter edidiſſem, fateor nō potuiſſe me tantā verborꝫ ſiluam colligere, quāta a me expectabat. Erāt præterea res aliæ cōplures, quæ maiorē exigebant diligentiā, q̄ a nobis ꝓ tēporis anguſtia præſtari potuerit. In hoc vero opere, quod tibi nunc dicamus, adiecta ſunt plura q̄ decem mille vocabula, & ex ſuperiori ęditione pluſquam ſexcentæ dictiones in verum idioma hiſpanum cōuerſæ: cum fuiſſent antea confuſæ, aut perperam interpretatæ: omnia in meliorem ordinem redegimus. Et ne opus eſſet in quærēdis rerū dictiōibus multas paginas euoluere, ſeiunximus nomina propria locorū a cōmunibus, atq; verbis, & alijs partib[9] orationis. Eſtq; nobis in animo, ſubciſiuis quibuſdā horis addere adhuc vocabularia duo, alterū de dictiōibus hebraicis, q̄ reperiuntur in ſacris literis exp̄ſſa literatura tātū, & accentu, & rē quā deſignat. Alterū de dictionibus barbaris, quæ cum ſint externa, putātur ab omnibus eſſe latina, aut græca: puta ſigalum pro tipha, bladum pro frumento: tregua pro inducijs. Cumq; res latina conſtet materia & forma, materiaq; ſit in nominibus, & verbis, cæteriſq; partibus orationis: forma quoq; ex harum partium compoſitione: vtrumq; munus eſt a nobis abſolutum. Nam quod ad grammaticam pertinet, quid alij ſentiant, habes teſtimonium ab ijs, quos iam inde ex Italia conſuluiſti: quæ eſſet ars aliarum potiſſima: per quam liberos tuos erudiendos curaris. Quod ad dictionarium, vnde verborū copia depromeretur, omnes cotidie experiuntur quantum vtilitatis ex eius lectione proueniat, ijs preſertim, qui ſermoni latino incipiunt dare operam. Quorum in numero pręclarę indolis pueri ſunt tui: eorū igitur vſui mitto hunc codicem. Nam te maiorem ſcio, q̄ vt huc deſcēſurum putem: & ne in ſcribundis prologis, vt ille ait, operam abutamur. Vale.

AD ANTONIVM NEBRISSENSEM ARIVS LVSITANVS

Epigramma, quo illum hortatur, vt ſuum Lexicon ædat.

Cur opus Antoni clarum atq; inſigne recondis?
Cur negat ipſe ſuum pulcher Apollo iubar?
Ille liber Phœbo ſimilis fulgebit in orbe
Altior, illuſtrans quæ latuere diu.
Quicquid enim in mundo rerum natura parauit,
Ordine perſpicuo conſpicienda patent.
Nec genus, aut quæ ſunt tantum cōmunia monſtrat,
Sed ſpecie in propria quicquid in orbe fuit.
Quis putet hoc ipſum cunctos potuiſſe, quod unus
Hiſpanus Varro, præſtitit & Figulus?
Nam latias voces noſtris & græca latinis,
Et rebus uoces reddere. difficile eſt.
Durus uterq; labor, res nulli tacta priorum.
Ars tamen & uirtus ardua quæq; petunt.
O'uis excellens animi. reſpublica noſtræ
Hunc Academiæ diſcipuliq; petunt.
Flagitat hunc medicus, uates, iuriſq; peritus,
Theologus, orator, philoſophuſq; ſimul.
Quis non cuctarum rerum ſibi nomina aperte
Sermonem in patrium uerſa uidere uelit?
Deniq; librorum ſiluam diffuſa per omnem,
Ad nutum proprijs quæq; notata locis?
Vera cano, nec dulcis amor ſic iudicat. immo
Ex hoc iudicio defluit auctus amor,

¶ De incipientibus ab A litera.

A Litera uocalis prima in ordine alphabeti.g.alpha.
A.duob⁹ pūctis īterpoſita deſignat Aulus prænomē
A˙præpoſitio deſeruiens ablatiuo,ut à muſa.
A˙motum quoq; de loco ſignificat,ut à cœlo in terram.
A˙ſignificat etiam poſt,ut apud Perſium.ô Iane à tergo.
A˙quandoq; ſignificat de,ut Ter.à uilla mercenarium uidi.
A˙p eo q̄ .p.i. ppter.ī ſacris lr̄is d'r,ut ue mūdo à ſcādalis.
A˙ſignificat & p,& uim defenſionis habet apud autores.
Argenum.promontorium eſt Siciliæ inſulæ.
Argenum.promontorium eſt Aſiæ proprie dictæ.
Argenum.promontorium eſt agri Erithrei.
Argenum.promontorium eſt Troadis regionis.
Argenteola.ciuitas eſt Ptolemæo in Hiſpania.
Argenteus.fluuius eſt Galliæ Narbonenſis.
Argi.argorum.ciuitas eſt eadem,quæ ſit Argos.
Argidaua.ciuitas eſt Ptolemæo in Ibernia.
Argiæ.inſulæ ſunt in Ora Chariæ regionis.
Argilla.domicilia ſunt in quibus Cimmerij habitant.
Arginuiſſæ,inſulæ ſunt iuxta Leſbum inſulam.
Argyra,oppidum eſt prope Scepſim urbem.
Argirippa.oppidum fuit Appuliæ Dauniæ.
Argiruſci.populi ſunt Straboni in Italia.
Argiruntum.oppidum eſt Illyricæ regionis.
Argiſa.ciuitas eſt Straboni in Theſſalia.
Argytes.fluuius eſt Ptolemæo in Ibernia.
Argiui.populi ſunt Argorum habitatores.
Argoda.ciutas eſt in Taurica Cherſoneſſo.
Argolis.idos.regio eſt in Peleponneſo.

Argolicus ſinus in Peloponneſo Argolidæ.
Argos pelaſgicum.ciuitas eſt Theſſaliæ.
Argos Inachium,quod Dipſium,id eſt tröezene.
Argos Amphilochium.ciuitas Acarnaniæ.
Argos Iaſium.ciuitas eſt Peloponneſi.
Argos Oreſticum,ciuitas eſt Epiri regionis.
Argos Hippium.ciuitas Apuliæ Dauniæ.
Argous.portus Straboni eſt in Aetholia inſula.
Argus.munitio alta iuxta Taurum montem.
Aria.regio eſt Aſiæ maioris prope Ariana.
Ariana.regio eſt Aſiæ maioris prope Gedroſiam.
Aria.inſula in ponto Euxino Pomponio.
Ariamazæ petræ iuxta Oxum fluuium.
Ariarathira.urbs præfecturæ Sargaraſenæ in Cappadocia.
Ariaſſus.ciuitas Carbaliæ in Pamphilia.
Arycanda.Myniarum oppidum iuxta Pamphiliam.
Arycandus.fluuius in Lymiram Lyciæ influens.
Arichi.orum.populi ſunt in Sarmatia aſiatica.
Aricia.ciuitas eſt Latinorum mediterranea.Verg.
Aricia.æ.ciuitas eſt Ptolemæo in Hiſpania.
Aricini.populi ſunt utriuſq; Ariciæ cultores.
Aricomi.populi ſunt Galliæ in prouincia Narbonenſi.
Aricum. oppidum eſt Locridis regionis.
Arienates.populi Vmbriæ,qui interierunt.
Arieni.populi fuerunt Aſiæ qui perierunt.
Arietis frons.promontorium Tauricæ regionis.
Arii.populi Aſiatici,Ariæ regionis incolæ.
Arigenes.fluuius Bituricenſium in Gallia Lugdunenſi.
Ariminus.fluuius eſt Ariminum præterfluens.
Arimanthus.uicus eſt in Cyrenaica regione.
Arimaſpi.populi iuxta Mæotidis paludes.
Ariminum.oppidum Galliæ Ciſalpinæ.
Ariminenſes.populi Arimini habitatores.
Arimara.ciuitas Syriæ ad Euphratem fluuium.
Arymphæi.populi Aſiatici ſimiles Hyperboreis.
Arimi.populi Syriæ ab Homero celebrati.
Arina.oppidum mediterraneū Mauritaniæ Cæſarienſis.
Aripa.oppidum mediterraneū Mauritaniæ Cæſarienſis.
Ariſba.urbs fuit Leſbi terræmotu ſubuerſa.
Ariſbe.oppidum eſt Troadis regionis.
Ariſbus.fluuius eſt Thraciæ iuxta Cæbunos.
Ariſeria.ciuitas eſt Cyrrheticæ regionis.
Ariſteum.oppidum eſt Thraciæ in Emo monte.
Ariſtera.inſula eſt in ſinu argolico.Plinius.
Arius.fluuius Ariæ regionis in Aria.
Aria.locus eſt Magorum montibus clauſus.
Armactica.ciuitas eſt in Iberia aſiatica.
Armauria.ciuitas eſt Armeniæ maioris Ptolemæo.
Armena.ciuitas eſt Galatiæ regionis.Ptolemæo.
Armenia maior.regio confinis colchidi.
Armenia minor.regio contermina maiori.
Armeniæ pylæ,quas ſubmittit Taurus mons.
Armenium.ciuitas prope Boebeidem lacum.
Armenochalybes.populi mixti ex utriſq;.
Armedon.onis.inſula eſt prope Cretam.
Armiæ.populi ſunt Libyæ interioris.
Armiſtæ.populi fuerunt Liburniæ regionis.
Armoricæ.ciuitates,pro Aremoricæ Cæſari.
Armozica.ciuitas prope Cyrum fluuium.

Armozum.Carmaniæ regionis promontorium.
Armuſa.ciuitas eſt Acarnaniæ regionis Epiri.
Armuſium.promontorium eiuſdem regionis.
Arna.ciuitas eſt Vilumbrorum in Italia.
Arnates.populi ſunt Vmbrorum ab Arna.
Arne.es.oppidum eſt iuxta ſinum Maliacum.
Arniſſa.ciuitas eſt Taulantiorum Macedoniæ.
Arnutæ.populi ſunt Galliæ Lugdunenſis ad Sequanam.
Aroccæ ſiue Aroncæ,populi ſunt Libyæ interioris.
Arocha.fluuius Locrorum in ora magnæ Græciæ.
Aróe.ciuitas Acraiæ,quæ poſtea dicta Patræ.arum.
Aroma.atis.penultima breui.Aſiæ minoris ciuitas.
Aromata.ciuitas in Aethiopia Aegypti.
Aropus ciuitas,quæ antea Rhaga dicebatur.
Aroteros,Scythæ.populi ſunt Thraciæ regionis.
Arotrebæ.populi ſunt Galliciæ in Hiſpania.
Arotria quondam dicta,quæ poſtea Eretria.
Arpani.Hirpinorum ſunt populi in Italia.
Arpii.populi ſunt in Myſia inferiori.
Arpi.populi ſunt Apulorum Dauniorum in Italia.
Arpinum.oppidum eſt Italiæ Ciceronis patria.
Arpinates.populi ſunt Arpini habitatores.
Arra.oppidum eſt Ptolemæo Arabiæ fœlicis.
Arrata.ciuitas eſt Ptolemæo in Aſſyria.
Arribantium.oppidum eſt in Myſia ſuperiori.
Arrichi.populi ſunt ad paludes Mæotidas.
Arrhapachitis.ciuitas eſt Ptolemæo in Aſsyria.
Arrholus.ciuitas eſt Biſaltiæ in Macedonia.
Arrhoxus.promontorium eſt in peloponneſo.
Arſa.oppidum eſt Beturiæ in Bætica regione.
Arſacia.ciuitas eſt Ptolemæo in Media.
Arſanias.fluuius eſt in Euphratem influens.
Arſanus.alter fluuius eodem influens.
Arſarata.orum.ciuitas eſt Armeniæ maioris.
Arſia.regio eſt Armeniæ maioris.
Arſenaria.oppidum eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Arſia.fluuius eſt,terminus longitudinis Italiæ.
Arſicua.oppidum eſt Ptolemæo in Germania.
Arſyetæ.populi ſunt in Sarmatia Europæ.
Arſinoe.ciuitas Cyrenaicæ ſiue Pentapoleos.
Arſinoe.oppidum eſt Arabiæ ad mare rubrum.
Arſinoe.oppidum eſt Ptolemæo in Aegypto.
Arſinoites nomos.præfectura eſt Aegypti.
Arſinoe.ciuitas eſt Straboni in Aetolia.
Arſinoe.oppidum eſt Cypri inſulæ Ptolemæo.
Arſinoe.oppidum eſt Ciliciæ Straboni.
Arſinoitica præfectura,id eſt,Arſinoites nomos.
Arſinus.Argiuorum fluuius,qui Abſorus.
Arſinus.lacus eſt introſus prope Tigrim.
Arſioſia.palus Armeniæ maioris eſt.
Arſiſaca.ciuitas eſt Ptolemæo in Media.
Arſomoſata.ciuitas eſt Armeniæ maioris.
Arſonium.oppidum eſt in Germania Ptolemæo.
Arta.locus ubi poſtea Lebedos fundata.
Artabri.populi ſunt Gallecię in Hiſpania.
Artabrum promontorium,quod pertinet eidem.
Arx Lariſſa argiuorũ in Peloponneſo,quã Cyclopes condi(derunt.

A. ANTE S.

Aſia.tertia pars terræ in deſcriptione orbis.

Aſia minor.portio eſt ſiue regio maioris Aſiæ.
Aſia.ciuitas eſt Straboni in Peloponneſo.
Aſia.ciuitas eſt Ptolemæo in Suſiana regione.
Aſiba.ciuitas eſt Cappadociæ iuxta Pontum.
Aſindus.ciuitas eſt Ptolemæo in Hiſpania.
Aſinæ.es.oppidum Elidis in Peloponneſo.
Aſine.es.inſula eſt una ex Sporadibus.
Aſine.es inſula eſt in mari Adriatico.
Aſinæus ſinus.in quo aſine Peloponneſi.
Aſines.æ.fluuius eſt Siciliæ inſulæ.
Aſini faux.locus eſt in Peloponneſo.
Aſiriates. populi ſunt Vmbriæ in Italia.
Aſiphus.Ptolemæo mons eſt in Aegypto.
Aſius.fluuius eſt Senonum populorum.
Aſopæi.populi ſunt Epiroticæ regionis.
Aſophis.idis.quæ prius Aræthyrea dicta.
Aſopis.ciuitas Euboeæ,quæ poſtea Caryſtos.
Aſopus.oppidum Peloponneſi in ſinu Laconiæ.
Aſopus.fluuius eſt Achaiæ in Peloponneſo.
✤ Aſopus.i.fluuius idē,qui Oceani ex Thety filius dicitur.
Aſopus.fluuius eſt Bœotiæ iuxta Citheronem.
Aſopia.regio iuxta utrumq; aſopum fluuium.
Aſpa.ciuitas eſt Ptolemæo in Parthia regione.
Aſpa.oppidum eſt Ptolemæo Arabiæ fœlicis.
Aſpadana.ciuitas eſt in Perſide regione.
Aſpaſiathæ.populi ſunt Perſidis regionis.
Aſpedon.onis.oppidum eſt Bœotiæ Straboni.
Aſpelia quondam dicta,quæ poſtea Cypros.
Aſpendos,oppidum eſt Pamphiliæ regionis.
Aſphaltites.lacus eſt Paleſtinæ Iudææ,q̄ bitumē gignit.
Aſpionia.ciuitas eſt Bactrianorum.
Aſpis.extrema ciuitas in Aetiopia Aegypti.
Aſpis.mons quoq; eſt in eadem Aegypto.
Aſpis.inſula eſt etiam in ſinu Argolico.
Aſpis.inſula eſt præterea in ſinu Lycio.
Aſpis.oppidum eſt Aphricæ,quæ Clypea dicitur.
Aſpis altera Syrtis magnæ in Aphrica.
Aſpledon.oppidum eſt Bœotiæ regionis.
Aſpucea.oppidum eſt Numidiæ in Aphrica.
Aſpungitani.populi ſunt ad Phanagoriam.
Aſſacani.populi orientales,ubi Magoſa ciuitas.
Aſſanias.æ.fluuius Mauritaniæ Tingitanicæ.
Aſſarath.fluuius Mauritaniæ Cæſarienſis.
Aſſeriates.populi decimæ regionis Italiæ.
Aſſerus.ciuitas eſt Mygdoniæ in Macedonia.
Aſſeſia.oppidum eſt Ptolemæo in Liburnia.
Aſſyrani.populi ſunt Tauricæ regionis.
Aſſyria.regio eſt Aſiæ,quæ poſtea ſit Adiabene.
Aſſyrij.populi ſunt Adiabenes Syriæ cultores.
Aſſorus.ciuitas eſt Ptolemæo in Sicilia.
Aſſorini.populi ſunt eiuſdem urbis incolæ.
Aſſos.ciuitas eſt Troadis,quæ dicta Apollonia.
Aſſurus.oppidum eſt Numidiæ nouæ in Aphrica.
Aſſuritanum.oppidum Aphricæ propriæ dictæ.
Aſta.Colonia eſt Bæticæ,non longè à Gadibus.
Aſtani ſiue Aſtenſes,æſtus prope Aſtam.
Aſta.Colonia Lyguriæ Apenino ſuppoſita.
Aſta.oppidum Italiæ prope Hydruntem.
Aſtaboras.fluuius in Nilum deſinens.
Aſtacana.ciuitas eſt Armeniæ maioris.
Aſtacilis.oppipum eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Aſtacinus ſinus.cui adiacet Aſtacus Ponti ciuitas.
Aſtacos.ciuitas eſt Ponti ſiue Bithiniæ.
Aſtacos.ciuitas eſt Acarnanum in Epiro.
Aſtacori.populi ſunt Lybiæ interioris.
Aſtacus.ciuitas eſt in ſinu olbiano medio.
Aſtacures.populi ſunt Aphricæ propie dictæ.
Aſtaphos.ciuitas eſt Ptolemæo in Thracia.
Aſtapolis.ciuitas eſt Aetiopiæ ſub Aegypto.
Aſtapus.fluuius eſt in Nilum influens.
Aſtarta.inſula in ſinu Baratico in Aetiopia ægyp.Pto.
Aſtaſaba eſt idem fluuius,qui Aſtapus.
Aſtaunatis.regio eſt Armeniæ maioris.
Aſteria prius dicebatur,quæ poſtea Rhodos.
Aſteria quondam dicta.quæ poſtea Delos.
Aſterion.mons Peloponneſi in ſinu argolico.
Aſterium.oppidum Theſſaliæ Straboni.
Aſteris.inſula iuxta Itacham inſulam.
Aſtaris.ciuitas eſt Ptolemæo in Hiſpania.
Aſty.ciuitas eſt Straboni in Thracia.Steph.
Aſtica.regio eſt Thraciæ,in qua Apollonia.
Aſtygi.Colonia eſt Hiſpaniæ in Bætica.
Aſticla.inſula eſt prope Cretam inſulam.
Aſtypalæa.inſula eſt una ex cycladibus.
Aſtypala.ciuitas eſt in Attica regione.
Aſtyra.ciuitas eſt in Aeolide regione.
Aſtoa.ciuitas eſt in Arabia fœlici.
Aſtomi.populi monſtroſi ſine ore in India.
Aſtrabe.es.inſula eſt una ex Cycladibus.
Aſtromeda.ciuitas eſt prouinciæ Narbonenſis.
Aſtron.flumen eſt Aeolidis regionis.
Aſtura.fluuius eſt prope Antium urbem.
Aſtura.inſula eſt quoq; in mari Thuſco.
Aſturia.regio eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Aſturica.ciuitas eſt aſturum magnifica.
Aſturicenſes.populi Aſturicæ habitatores.
Aſturicani.populi ſunt Sarmatiæ Aſiaticæ.
Aſtures.populi Hiſpaniæ Aſturiæ cultores.
Aſula.ciuitas eſt Hiſpaniæ Ptolemæo.
Aſus.oppidum eſt Cretæ mediterraneum.

A. ANTE. T.

Atabyria prius dicebatur,quæ poſtea Rhodus.
Atabrys.mons eſt in Rhodi inſula Straboni.
Atacini.populi ſunt prouinciæ Narbonenſis.
Atalanta.fons eſt Cyphantæ ciuitatis.
Atalanta.ciuitas eſt Locridis regionis.
Atalanta altera.ciuitas eiuſdem regionis.
Ataſij.populi ſunt Maſſagetarum & Coraſiorum.
Atax.acis.fluuius eſt prouinciæ Narbonenſis.
Atecua.oppidum eſt Bæticæ in Hiſpania.
Atera.ciuitas eſt Palmyrenæ regionis Syriæ.
Aterina.ciuitas Ptolemæo in Hiſpania.
Aternus.fluuius Italiæ inter Frentanos.
Ateſis.fluuius naſcens ex tridentinis alpibus.
Ateſte.es.ciuitas eſt regionis Venetæ.
Atamania.regio eſt Epiri,unde Athamanes.
Athamas.antis.mons eſt Phthiotidis.

Athamantes.populi ſunt Epiri regionis.
Athamanes.iidem ſunt qui Athamanæi ſuperiores.
Atharambites.quæ Athribites, nomos Aegypti.
Athedon.onis.uicus eſt regionis Paleſtinæ.
Athenæ.arum.ciuitas clara Atticæ regionis.
Athenæ Diades cognominatæ Euſebio Caſa.
Athenarum.promontorium iuxta Ciſtos.
Athenarum.portus in ſinu Saronico Peloponneſi.
Athenæum.Campaniæ promontorium eſt.
Athenopolis.ciuitas eſt prouinciæ Narbonenſis.
Athna.æ.ciuitas eſt Armeniæ maioris.
Athos.mons eſt celebratiſsimus Macedoniæ.
Athoſa.promontorium & ciuitas Macedoniæ.
Athritæ.populi ſunt Arabiæ fœlicis.
Athribites ſiue Atharabites.nomos Aegypti.
Athribiticus.fluuius eſt Aegypti Ptolemæo.
Athrula.ciuitas eſt Arabiæ fœlicis Straboni.
Atia.in Arabia fœlici ciuitas eſt Ptolemæo.
Atina.ciuitas eſt Latinorum mediterranea.
Atina.oppidum eſt Venetorum,quod interiit.
Atina.oppidum eſt Lucanorum in Italia.
Atinium.oppidum Eſtieorum in Macedonia.
Atinates.in Italia ab Atina utraq; urbe.
Atinoni.populi iuxta Peucem iſtri inſulam.
Atlantha.inſula eſt in Euboico Euripo.
Atlantes.populi ſunt Ptolemæo in Euboea.
Atlantici camboleſtri prouinciæ Narbonenſis.
Atlantes.populi ſunt Aethiopiæ.
Atlantes.populi fuerunt Erithreæ inſulæ.
Atlanticum mare eſt Oceanus occidentalis.
Atlas.antis.cognomine maior.mons Aphricæ.
Atlas.cognomine minor.mons quoq; Aphricæ.
Atobani.populi ſunt Aethiopiæ ſub Aegypto.
Atraces.populi ſunt Aetholiæ in Epiro.
Atragia.inſula eſt una ex Cycladibus.
Atramitæ.populi ſunt Arabiæ fœlicis.
Atramitia myrrha Plinio ab atramitis.
Athrax.fluuius eſt Aetoliæ,unde Atraces.
Atrax.ciuitas eſt Pelaſgiotorum Macedoniæ.
Atrani.populi ſunt Hirpinorum in Italia.
Atrebaci.populi ſunt Hiſpaniæ citerioris.
Atrebatij.populi ſunt Galliæ Belgicæ.
Atrebatij.populi ſunt in Britannia inſula.
Atria prius dicebatur.quæ poſtea dicta Adria.
✣ Atria.Hetruſcorum à Diomede condita eſt.
✣ Atria.primo Hetria nominata,hic Hetruſcos dictos putāt
✣ Atria urbs eſt,à qua atriaticū mare appellatur Steph.
Atrianus.fluuius eſt regionis Venetæ.
Atroa.ciuitas mediterranea Mauritaniæ Cæſarien.
Atropatia.mons eſt Straboni. libro.xi.
Atropatinum.oppidum eſt Armeniæ.
Atta.ciuitas eſt Ptolemæo in Arabia fœlici.
Attacori.populi Aſiæ contra Hyperboreos.
Attacum.oppidum eſt Ptolemæo in Hiſpania.
Attalia.ciuitas Pamphiliæ in ora maritima.
Attalia.ciuitas conuentus Pergamenſis.
Attalienſes.populi cultores Attaliæ utriuſq;.
Attalida.ciuitas eſt Lydiæ: Attalis.tributus Atticæ.
✣ Attella.ſiue Attelæ.arum.ciuitas eſt Campaniæ regionis.
Atellanus.ab Attella Campaniæ ciuitate.
Attelebuſſa.inſula eſt in mari Lycio.
Atthis.regio eſt eadem,quæ dicta Attica.
Attica.regio eſt Achaiæ,quæ & Atthio dicitur.
Atticitas.fluuius eſt Srmatiæ in Aſia.
✣ Atticus.a.um.qđ ex Athenis eſt, uel ad Athenas pertinet.
Attidiates populi ſunt Vmbriæ in Italia.
Attium.promontorium eſt Corſicæ inſulæ.
Attrebates.populi ſunt Galliæ Belgicæ. (minata.
✣ Attropatia.regio & pars eſt Mediæ ab Atropato duce no
Aturia.oppidum eſt Galliæ Aquitanicæ.
Atuacuſtum.ciuitas eſt in Gallia belgica.

A. ANTE V.

✣ Aualites.ſinus eſt in mari Erythræo.Stra.
Auanticum.oppidum in alpibus deſertum.
Auantici.populi in alpibus ab Auantico.
Auanticum.oppidum Sequanorum Germaniæ.
Auara.ciuitas Ptolemæo in Arabia petrea.
Auaricum.oppidum Galliæ Cæſari in comm.
Auarinnæ ſiue Varinnæ.populi Germaniæ.
Auarinni.populi ſunt Sarmatiæ in Europa.
Auarpi.populi ſunt in Germania maiori.
Auaruari.promontorium Hiſpaniæ Pto.
Auchanitis.regio eſt Babyloniæ Pto.
Audatha.ciuitas eſt Arabiæ deſertæ.
Audariſtus.ciuitas Pelagonorum Macedoniæ.
Audanij.populi ſunt Straboni in Italia.
Audon.mons in Aphrica proprie dicta.
Audum.promontorium in eadem Mauritania.
Audus.fluuius eſt Mauritaniæ Cæſarieñ.
Auchetæ.populi unde oritur Hypanis fluuius.
Auela.ciuitas Hiſpaniæ,unde Auelenſes.
Auelinum.ciuitas Hirpinorum in Italia.
Auella ſiue Abella.ciuitas Campaniæ.
Auellani.populi indiginæ.unde nux auellana.
✣ Auenio.ciuitas Maſsiliæ,quæ Auenion appellatur.St.
✣ Auentinus mons.antea Murtus dicebatur.
✣ Auentinus.mons Romæ,quem primus incoluit Italus.
Aueria.ciuitas eſt Palmyrenæ regionis. (geſſerunt.
✣ Auerni.populi Galliæ Aquitaniæ, q cōtra Romanos bella
Auernus.lacus Campaniæ prope Lucrinum. (educta.
✣ Aufeia.aqua romæ fictilib⁹ tubis in urbē ex fonte Piconia
✣ Aufeia.eadem aqua,quæ poſtea cognominata eſt Martia.
Aufidena.ciuitas eſt Caracenorum Pto.
Aufidenates.populi Samnitum ſiue Sabellorum.
Aufinates.populi ſunt Veſtinorum in Italia.
✣ Aufidus.fluuius qui Cānas Apuliæ præterlabitur.
Augala.ciuitas eſt Mauritaniæ Cæſarieñ.
✣ Augaſij.gens eſt Maſſagetonum.Stephanus.
Augea ſiue Augia.ciuitas Peloponneſi eſt.
✣ Augeia per.ei.diphthongon,ciuitas eſt Locridis.
✣ Augiæ.arum.oppidum eſt Locrenſium.
Augylæ.populi Aphricæ iuxta Syrtes.
Augurina.oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ.
Augubeni.populi ſunt Arabiæ deſertæ.
Auguſta Cæſarea.ciuitas Hiſpaniæ citerioris.
Auguſta Vaciennorum.ciuitas Galliæ togatæ.
Auguſta Treuirorum.ciuitas in Gallia belgica.
Auguſta.ciuitas Aſciorum in Gallia Aquitanica.

Auguſta Taurinorum. Colonia Traſpadanæ regionis.
Auguſta Salaſorum. Colonia in eadem regione.
Auguſta Valeria. eadem quæ Setabis in Hiſpania.
Auguſta firma. eadem quæ Aſtygi in Bætica.
Auguſta gemella. eadem quæ Tura in Hiſpania.
Auguſta emerita. Colonia Luſitaniæ in Hiſpania.
Auguſta noua. ciuitas Areuacorum in Hiſpania.
Auguſta Bracarum. ciuitas Galliciæ in Hiſpania.
Auguſta Taurinorum. ciuitas in Italia. Pto.
Auguſta Batienorum. ciuitas Italiæ. Pto.
✤ Auguſta aqua. per aquæductos in urbem ducta.
✤ Auguſta Vindelicorum. oppidum Vindeliciæ. Pto.
Auguſta nomandorum. ciuitas Belgicæ.
Auguſta ueſonum. ciuitas in eadem.
Auguſta raurica. ciuitas in eadem Gallia.
Auguſta. ciuitas Brylicæ regionis in Cilicia. Pto.
Auguſta. ciuitas Ptolemæo in Dacia.
Auguſta prætoria ciuitas eidem in Dacia.
✤ Auguſta prætoria. urbs Salaſsiorum in Italia. Pto.
✤ Auguſtæ. arum. ciuitas Ciliciæ & Italiæ. Steph.
Auguſtodunum. oppidum Heduorum.
Auguſtobona. oppidum Tricaſtinorum in Lugdun.
Auguſtobrica. ciuitas Luſitaniæ in Hiſpania.
Auguſtobricenſes. populi eiuſdem habitatores,
Auguſtonemetum. ciuitas Auernorum.
Auguſtorium. oppidum Aquitaniæ mediterraneum.
Auguſti lucus. in prouincia Narbonenſi.
Auguſti turris. in Gallicia Hiſpaniæ.
Auguſtum, oppidum Aphricæ ad adrumentum.
Auia. oppidum eſt Bæticæ in Hiſpania.
Auia. ciuitas eſt Veſtinorum in Italia.
Auia. fluuius eſt in campo phenæo Arcadiæ.
Auinion, ſiue Auenion. Colonia prouinciæ Narbonen.
Auinenſe. oppidum Aphricæ propriæ dictæ.
Auidus. oppidum Aphricæ ſub adrumento.
Auita. oppidum Aphricæ propriæ dictæ.
Auium. oppidum inter Tyrum & Sidonem.
✤ Aulas, fluuiꝰ Scythiæ ex Aemis mõtibꝰ in iſtrum defluens.
Auladis. ciuitas eſt Ptolemæo in Meſopotamia.
Aulerci Enomani, populi Galliæ Lugdunen.
Aulerci Eburones, populi ſunt eiuſdem Galliæ
Aulis. idos. ciuitas eſt & portus Bœotiæ.
Aulocrene. mons Phrigiæ unde oritur Mæander.
✤ Aulon mons Calabryæ eſt, qui poſtea Caulon dictus.
✤ Aulon. ciuitas quoq; eſt Laconiæ autore Steph.
Aulon. onis. ciuitas eſt & nauale Macedoniæ.
Aulon. oppidum eſt Achaiæ regionis.
Aulon. qui & Caulon ciuitas eſt Italiæ.
Aunios. inſula eſt Galliciæ conuentus Lucen.
Auradis, ciuitas eſt Ptolemæo in Media.
Aurana. ciuitas eſt Arabiæ deſertæ ad Meſopotamiam.
Aurelia. quæ Cariſſa, oppidum eſt Bæticæ.
✤ Aurelia uia, una ex tribus uijs ab urbe Ro. ad Mutinam.
✤ Aureliani galli á Macra ad ſuperũ mare inhabitãt.
✤ Aurelianũ iter fertur ab urbe in gallias per ipſam Aureliã.
Aureſinus ſiue Auriginus epiſcopus. qui Aurienſis.
✤ Aurigoni. populi ſunt Hiſpaniæ. Florus. (pellant.
✤ Auricornu ꝓmõtoriũ Bizantij qd' græci chryſoceras ap-
Auringis. urbs eſt Hiſpaniæ Liuio lib. xxiiij.

Aurinini. populi Italiæ, qui poſtea Saturnini.
Auritena. uicus eſt in Cyrenaica regione. (condita.
✤ Aurunca ciuitas putat' ab Auſone Vlyſsis ex Calypſo filio
Auſa. ciuitas eſt Ptolemæo in Hiſpania.
Auſancala. ciuitas eſt Liburniæ regionis.
Auſara. ciuitas eſt Ptolemæo in Arabia fœlici.
Auchiſæ. populi Marmaricæ nomi Aegypti.
Auſci. populi ſunt Aquitaniæ in Gallia.
Auſeculani. populi Hirpinorum in Italia.
Auſetani. populi ſunt Hiſpaniæ citerioris.
Auſenſes. populi ſunt Biturigum in Gallia.
Auſer. fluuius Ethruriæ. qui Piſas abluit.
Auſertis. myrrhæ quoddam genus á loco.
Auſigda. ciuitas Cyrenaicæ regionis.
Auſuba. fluuius Ptolemæo in Hibernia.
Auſones. pop. fuerunt in Latio antiquo, q poſtea ca[illegible]
Auſpina. ciuitas eſt in Aphrica proprie dicta.
Auſtra. oppidum eſt Troadis regionis.
Auſtrania. inſula eſt Germaniæ, quæ Gleſſaria.
Auſtricornu. promontorium eſt Arabiæ.
Auſum. oppidum eſt in Arabia fœlici. Pto.
Auſugium, oppidum inter Feltriam & Tridentum.
Auon, onis. ſiue Auus. i. fluuius Galliciæ.
Autariatæ. populi ſunt Straboni Macedoniæ.
Auternũ. oppidum eſt Straboni in Italia.
✤ Automalax præſidium Cyrenaicæ regionis. (raſiam.
Automatæ. inſula ex Cycladibus una inter Therã & The
Automalæ. populi Aphricæ in Aethiopia.
Autrigones. populi ſunt Cantabrorum in Hiſpania.
Auxellani. populi ſunt Picentes in Italia.
Auximis. oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis.
Auximon. onis. oppidum Picentum in Italia.
Auximates. populi ſunt ab Auximone dicti.
Auximas. ciuitas Italiæ in Alpibus græcis.
Auxiotæ. populi Aethiopiæ ſub Aegypto.
Auxuma ciuitas. quæ á ſuperioribus colitur.
Auzara. ciuitas eſt Ptolemæo Arabiæ deſertæ.
Auzia. ciuitas eſt Pto. Mauritaniæ Cæſarienſis.

A. ANTE. X.

Axabitiſtenia. ciuitas eſt Sarmaticæ Aſiaticæ.
Axanthos. inſula inter Britanniam & Iberniam.
Axenos pontus. qui poſtea dictus Euxinus.
Axiaces. fluuius eſt Myſiæ ſuperioris.
Axiaces. fluuius eſt Sarmatiæ Europæ.
Axiacæ. populi ſunt Sarmatiæ in Europa.
Axima. eadem eſt quam diximus Auximam.
✤ Axima. ciuitas quoq; eſt Ptolemæo in Perſide.
✤ Axium. Danubij ciuitas Ptolemæo in Dacia.
Axium. Danubij ciuitas eidem autori. iterũ in Myſia.
Axius. fluuius Macedoniæ regionis. Homerus.
Axon. onis. fluuius Doridis regionis.
Axos. ciuitas eſt Pto. in Cherſonneſo Thraciæ.
Axona. fluuius eſt in finibus Rhemorum Galliæ.

A. ANTE. Z.

Aza. ciuitas eſt Cappadociæ regionis.
Azaga. ciuitas eſt Ptolemæo in Media.
Azagarium. oppidum eſt Sarmatia Europæ.
Azali. ciuitas eſt in pannonia ſuperiori.

Azamora ciuitas eſt Cataonum populorum.
Azanes. populi ſunt Peloponneſi Straboni.
Azania oppidum eſt cirtiſiorum in Aphrica.
Azania ciuitas eſt Aethiopiæ ſub Aegypto.
Azanij.populi ſunt Phrygiæ magnæ.
Azanitis.locus unde Rhyndacus oritur.
Azar,mons eſt Ptolemæo in Agypto.
Azara,ciuitas eſt Ptolemæo Armeniæ maioris.
Azara.ciuitas eſt in Sarmatia Aſiatica.
Azara ciuitas eſt Straboni & templum Dianæ.
Azaraba.ciuitas eſt in Sarmatia aſiatica.
Azaritius.fons eſt Bithyniæ,ſiue ponti.
Azenenſes.populi Atticæ regionis.
Azibinta inſula eſt una ex cycladibus.
Azicis uicus eſt præfecturæ libycæ Aegypti.
Azilia.ciuitas eſt Acarnum in Epiro.
Azilis.uicus eſt Ptolemæo Marmaricæ Agypti.
Aziris.ciuitas eſt armeniæ minoris.
Aziritanum.oppidum Aphricæ propriæ dictæ.
✤ *Aziritanum.Pto.habet.Plinius uero Abziritanum.*
✤ *Azirim & aziriſtum uocat Hero.oppidum in Aphrica.*
Azius.oppidum eſt Aphricæ inter Syrtes.
Azorum.oppidum eſt pelaſgiotorum macedoniæ.
Azotus.oppidum eſt paleſtinæ regionis.
✤ *Azotius.a um ab Azoto Ioſue Gazæos Azotios.&c.*
Azura.ciuitas eſt Arabiæ deſertæ.

¶ *De incipientibus a.B.litera.*

✤ B*Abba.ciuitas eſt Mauritaniæ Tingitanicæ.Pto.*
Babba.Colonia Mauritaniæ,quæ Iulia campeſtris.
Baba nomus.regio eſt ponti in Aſia.Straboni.
✤ *Babæ.arum.ciuitas eſt Libyæ autore Stephano.*
Babiani.populi in ſecunda Italiæ regione.
Babiæ.arum.ciuitas in ſecunda Italiæ regione.
Babiba.ciuitas Libyæ interioris.Pto.
Babij.populi Libyæ interioris.Pto.
✤ *Babyla.ciuitas eſt Armeniæ maioris.Pto.*
Babylenij.populi in Aethiopia ſub Aegypto.Pto.
Babylon,ciuitas Babyloniæ in Syria celebris.
Babylonia.regio in qua Babylon Syriæ ſita eſt.
Babylon.Aegyptia ciuitas Aegypti,nunc Cairo eſt.
Babylonius.a.um.ab utraq; Babylone adiecti.
Babylonicus.a.um.idem quod Babylonius.a.um.
Babylonienſis.e.ad Babylonem pertinens.Plau.
✤ *Babytáce es.ciuitas eſt Perſiæ autore Ste.*
✤ *Babrantion.locus eſt iuxta Chion.Stephano.*
Babura.æ.ciuitas eſt Liciæ.Pto.
Baccaſis,ciuitas eſt Hiſpaniæ.Pto.
Bacatani.ciuitas Siriæ in Caſiotide regione.
Bacatiæ.populi Marmaricæ nomi in Libya.
✤ *Baccæon Hiſpaniæ gens eſt Stephano autore.*
Bacchi ſiue Antibacchi,inſula in ſinu Arabico.Steph.
Bacchia.ciuitas eſt in Albania.Pto.
Bacchina inſula eſt Smyrnæ adiacens.
Bachis.ciuitas eſt Agypti iuxta Moeridis lacum.
Bacenis.ſylua eſt Germaniæ apud Cæſarem in comm.
Bachalita.regio in Aethiopia ſub Aegypto.Pto.
Bacium,ſiue Bazium.promon.Aegypti ad ortum.
Bactra.orum.ciuitas Metropolis Bactrianorum.
Bactri ſiue Bactriani,populi ſunt Indis finitimi.
Bactros.fluuius eſt in Bractiana regione.
Bacuatæ.populi ſunt Mauritaniæ Tingitanicæ.
✤ *Bacuri & Bacyriani gens parthiæ & Mediæ eſt Steph.*
Badais ciuitas eſt in Arabia fœlici.Ptolemæus.
✤ *Badea Ptolemæo eſt in Mauritania Cæſarienſi.*
Badeo.regium opp.ſiue Badeos in Arabia fœlici.Pto.
Badatum.oppidum in Taurica regione Ptolemæo.
✤ *Badia.oppidum hiſpaniæ Valerio.*
Badiath.ciuitas Libyæ interioris Ptolemæo.
✤ *Badiza,ciuitas eſt Britanniæ Stephano.*
✤ *Bæa mons Cephaloniæ eſt,autore eidem.*
Bæba.ciuitas eſt in Arabia fœlici Ptolemæo.
✤ *Bæcile.ciuitas eſt Iberiæ eidem autori.*
✤ *Bæcula.Ptolemæo eſt in hiſpania.*
Bæna.æ.ciuitas cyrrheticæ regionis Ptolemæo.
Bænacus.lacus eſt Italiæ in Gallia ciſalpina.
Bænum.oppidum eſt in Arabia fœlici Ptolemæo.
Bærba.oppidum eſt in Hiſpania.
Bæſipo.oppidum hiſpaniæ beticæ.
✤ *Bæſampſa.ciuitas eſt in ſinu Arabico Stephano.*
Bætica.regio eſt hiſpaniæ,quam Bætis ſecat.
Bætis fluuius,á quo Bætica prouincia dicta.
Bæticus.a.um.res ad beticam pertinens.
Baganum.oppidum neruiorum in gallia belgica.
Bagaza.ciuitas eſt interioris libyæ Ptolemæo.
Bagradauena.regio maioris Armeniæ.
Baleares inſulæ maris noſtri.græcis Gymneſiæ.
Balearicus.a.um.ad baleares inſulas ſpectans.
Baiæ arum.portus in ora maritima Campaniæ.
Baianus.a.um.res ad baias pertinens. unde Baianus ſinus, Baianus portus,Baianus lacus.
Balagæa.æ.ciuitas eſt in Arabia deſerta.
Balana.æ.ſiue Balanæ.arum.oppidum Syriæ.
Balari orum.populi ſunt Sardiniæ.
Balarides.inſulæ Sardiniæ adiacentes.
Balatoni.populi ſunt Corſicæ inſulæ maris noſtri.
Balbiæ,ſiue Babiæ,ciuitas in ſecunda Italiæ regione.
Balbura.orum.oppidum lyciæ in Aſia.
Balee.es.oppidum eſt Teuthraniæ regionis.
✤ *Balerides,alias Balarides,uide ſupra.*
Baleſion,ſiue Valetium oppidum Calabriæ.
Baletum.i.fluuius eſt Italiæ in Brucio littore.
Baleti,populi Galliæ,per quos Sequana exit in mare.
Balinienſes.qui cognominantur Trebulani.
Balius.ii.ſiue Balion.onis.flu.Galliciæ prope Limiam.
Balis biga.ciuitas eſt maioris Armeniæ in Aſia.
Ballata.ciuitas eſt Meſopotaniæ in Aſia.
Balſa,oppidum eſt Luſitaniæ iuxta Cuneum.
Balſa.oppidum alterum in Aphrica interiori.
Baltia ſiue Baſilia inſula in mari germanico.
Bambice.es.oppidum eſt Syriæ coeles,id eſt,curuæ.
Bambyca.æ.oppidum Meſopotamiæ,quæ Edeſa.
Bambotus.fluuius mauritaniæ in Aphrica.
Banaba.ciuitas Meſopotamiæ iuxta Euphratem.
Banacha.æ.ciuitas eſt Arabiæ deſertæ.
Banaſa ſiue Panaſa ciuitas Mauritaniæ Bocchi.
Bannuri,populi Mauritaniæ Cæſarienſis.

Bandobina,ciuitas eſt Arianæ regiouis in Aſia.
✤ Bannuri.uet⁹ lectio habet Bannurri, recentior Bamuræ.
Bannatia,ciuitas eſt Britanniæ inſulæ.
Bannonia inſula eſt in mari Scytico Europæ.
Banœubæ.arum.populi. Mauritaniæ Bocchi.
Bantium,promontorium eſt Britanniæ inſulæ.
Banturari.populi mauritaniæ Cæſarienſis.
Baracum.oppidum eſt Aphricæ interioris.
Bararus,oppidum eſt Aphricæ prope Adrumentum.
Baratha.ciuitas eſt in præfectura Lycaoniæ.
Barathena.ciuitas eſt Arabiæ deſertæ in Aſia.
Barathia.ciuitas eſt Aphricæ ad Syrtim paruam.
Barathæ.arum.populi Cyrenaicæ regionis.
Baraza.ciuitas eſt Armeniæ maioris in Aſia.
Barbaniſſa.ciuitas eſt ponti polemoniaci Cappadociæ.
Barbariſſus.ciuitas eſt Syriæ iuxta Euphratem.
Barbarium.promontorium iuxta Olyßiponem.
Barbaricus.ſinus Aethiopiæ ſub Aegypto.
Barbeſſula.oppidum Bæticæ iuxta Calpe.
Barbeſſula.fluuius eſt Barbeſſulam præterfluens.
Barbiæ ſiue Balbiæ,ciuitas ſecundæ regionis Italiæ.
Barcæ.montes in Mauritania.unde Barcæus.a.um.
✤ Barcæ.ciuitas eadem,quæ poſtea Ptolemais.
Barce.es.ciuitas mediterranea Cyrenaicæ.
Barcino.onis.ciuitas hiſpaniæ Tarraconenſis.
Barderatæ, populi Galliæ comatæ ad Apœninum.
Bardi.orum.populi Thraciæ in Europa.
Bardi.orum.populi Galliæ tranſalpinæ.
Barditus mons Aethiopiæ interioris Ptolæmeo.
Barea.eæ.oppidum in ora Tarraconenſis Hiſpaniæ.
Barduli.orum.populi Cantabrorum hiſpaniæ.
Barduli alteri,qui & Bardyttæ populi Luſitaniæ.
✤ Barene per.n.utrobiq;,ciuitas eſt Mediæ.Stephano.
✤ Bargada fluuius,an Bragada,etſi Pto.ſemper bargada.
Bargaſa.æ.ciuitas eſt Cariæ prope Cnidum.
Bargiacis.oppidum eſt hiſpaniæ Ptolemæo.
Bargylos,ſiue Bargylia oppidum eſt Cariæ.
Bargylos.i.mons eſt Syriæ phœnices.
Bargyleticus ſinus,á Bargylo Cariæ dictus.
Bargilia.ciuitas eſt Aſiæ proprie dictæ.
Bargoza.æ.ciuitas eſt Cariæ regionis.
Bargus.i.fluuius eſt Thraciæ cadens in Ebrum.
Bargus,fluuius eſt in Hibernia inſula.
Baria.æ.ciuitas eſt hiſpaniæ.
Barlana.æ.ciuitas eſt Meſopotamiæ Ptolemeo.
✤ Baryoſtoma.Iſtri oſtium eſt Solino Cap.xxij.
Baris,ſiue Baretum,ciuitas iuxta Brunduſium.
Baris,oppidum Piſidiæ in Pamphilia.
Barium.diuerſorium in littore brunduſij.
Barnichius.fluuius qui antea Enipeus in Pelopon.
Barnus.untis.oppidum eſt Macedoniæ.
Barra.ciuitas orobiorum in regione Tranſpadana,
Barſampſa.ciuitas eſt Meſopotamiæ ad Euphratem.
Barſita.æ.ciuitas Babyloniæ regionis.
Baruca.ciuitas Albaniæ ad ſeptentrionem Aſiæ.
Barutum,ſiue Barrutus ciuitas eſt Phœnices.
Barzala,ciuitas Armeniæ minoris.præfecturæ Arauenæ.
Baſabocates.populi Aquitanicæ Galliæ.

✤ Baſaniſæ.gens eſt Thraciæ.
✤ Baſera.ciuitas Phœnices.Stephanus.
Baſaro.onis.oppidum Bæticæ conuentus Gaditani.
Baſilia.inſula quam diximus uocari Baltiam.
✤ Baſilia.inſula eſt ſeptentrionalis.Diodorus lib.vj.
✤ Baſilica.opimia Romæ fuit ppe ſenaculū gra coſtaſin.
Baſilicus.ſinus maris adiacentis Ioniæ regioni.
✤ Baſilis.ciuitas eſt Arcadiæ.Stephano autore.
✤ Baſini.gens eſt Arabiæ apud eundem autorem.
Baſilides,ſiue baſilidæ.populi iuxta Mæotida.
Baſilici ſarmatæ,hoc eſt,regij populi Sarmatæ in Aſia.
Baſilius.fluuius inter Tigrim & Euphratem.
Baſoropeda.regio Medorum Armeniæ contributa.
Baſilicena.regio eſt maioris Armeniæ.
Baſſachitæ.populi Marmaricæ momi in Aegypto.
Baſſetania.regio eſt Hiſpaniæ citerioris.
Baſſetani populi Hiſpaniæ in Baſſetania dicta.
Baßi,ſiue Beßi.populi ſunt Galliæ Belgicæ.
Baßiana.regio eſt in Pannonia inferiori.
Baßi.alteri populi ſunt Ptolemæo Hiſpaniæ.
Baßiotis.idis.regio eſt Aegypti.Pto.
Baſternæ.arum.populi Europæ in Sarmatia.
Baſterbini.populi ſunt Salentinorum in Italia.
Baſtetani,ſiue Baſtiani.populi Baſtetaniæ in Hiſpania.
Baſtetania.regio eſt Hiſpaniæ citerioris.
Baſtetani alteri,qui & Baſtuli populi Bæticæ. (nouæ
✤ Bateſtanorū fit mentio in monumento , qđ eſt Carthagini
Baſtuli.populi Bæticæ,quos diximus Baſtulos.
Bata.orum.uicus & portus prope Sindum.
Batauium.inſula eſt Germaniæ in rheno flu.
Bataui.orum.populi ſunt Galliæ Belgicæ, ſiue Germaniæ.
Batanea.æ.regio eſt Syriæ,unde batanæi populi.
Bathyna.æ.ciuitas eſt Perſidis regionis.
Bathynis.fluuius & oppidum eſt Thraciæ.
Bathys.fluuius eſt Siciliæ apud Ptolemæum.
Bathracarta.ciuitas eſt Babyloniæ regionis.
Bathracæ.arum.ciuitas Sarmatiæ Aſiaticæ.
Bathracus.portus Marmaricæ in Aegypto.
Batia,tumulus eſt in campo Ilienſi,qui Batiea.
Batiea.tumulus eſt in campo Ilienſi.Homero.
Batieni.populi ſunt Italiæ.quorum ciuitas Auguſta.
Batina.æ.ciuitas eſt Mediæ ſiue Armeniæ maioris.
Batini.populi ſunt in Germania maiori.
Batinum.i.flumen eſt Piceni in Italia. (Dario.
✤ Batiri.populi Hero.á Batiris ad Lygdos tributarij erant.
Battus.ciuitas eſt & portus Sarmatiæ Aſiaticæ.
Baua.ciuitas eſt in Arabia fœlici Ptolemæo.
Baucidias.inſula eſt ſinu Argolico.
Bauli.orum.locus eſt in ora maritima Campaniæ.
Bauſta.æ.oppidum Salentinorum in Italia.
Bazacitis.regio eſt Aphricæ.Pto.
Bazala.ciuitas eſt Meſopotamiæ.Pto.
Bazis.ciuitas Cappadociæ in præfectura Tyanide.
Bazium.promontorium Aegypti ad orientem.

B. ANTE. E.

Bebiani.ligures populi ſunt Italiæ.
Bebius.mons eſt Pannoniæ ſuperioris.
Bebryces.populi fuerunt in Aſia.

✤ Bebrycia.

✤ Bebrycia, quæ poſtea Bithynia dicta eſt. Solinus.
Bechuni populi ſunt Italiæ Ptolemæo.
Bedacum oppidum eſt in Norico.
Bedirum oppidum eſt in Libya interiori.
Bedora ciuitas eſt ab occaſu Iordanis in Iudæa.
Begilia inſula in mari myrtoo.
Belbina inſula eſt in ſinu Argolico.
Belcania ciuitas eſt Armeniæ maioris.
Belciana ciuitas eſt Aſſyriæ Ptolemæo.
Belendi.orum.ſunt populi Aquitaniæ in Gallia.
✤ Belerum Britanniæ promontorium. Diodorus lib. vj.
Belgæ.arum.popli ſunt Galliæ. unde belgica Gallia dicta.
Belgæ.arum.oppidum Britanniæ Ptolemæo.
✤ Belgica urbs Hiſpaniæ in Cātabria, an poti⁹ Belgida. Flo.
Belgium oppidum Belgarum apud Cæſarem.
Belgida ciuitas eſt Hiſpaniæ. Pto.
Belgynæa ciuitas eſt in Arabia deſerta.
Belia ciuitas eſt Hiſpaniæ. Pto.
Belia altera ciuitas eſt in inſula Creta.
Belion fluuius eſt Hiſpaniæ. idem qui Limia.
Beliſanais, æſtuarium eſt Britanniæ inſulæ.
Bella ſiue Abelia ciuitas eſt Italiæ quæ Abella.
Belliaca.æ.ciuitas eſt Epiri prope Apolloniam.
Bellica ciuitas eſt Ptolemæo Hiſpaniæ.
Bellitani populi Hiſpani, conuentus Cæſarauguſtani.
Bellonothus populus eſt Septētrionalis Europæ.
Bellouaci.orum.populi ſunt Galliæ belgicæ.
Belon ciuitas eſt Hiſpaniæ Bæticæ.
Belon fluuius eſt eiuſdem Hiſpaniæ Bæticæ.
Belus.i. fluuius eſt Syriæ phœnices. Pto.
Belunium oppidum eſt Venetiæ in Italia.
Bembinadia regio eadem eſt, quæ Nemæa regio.
Bendena, ciuitas eſt Ptolemæo Aphricæ.
Benearnum, oppidum eſt Hiſpaniæ citerioris.
Beneuentum, oppidum eſt Samnitum in Italia.
✤ Beneuentum à Diomede conditum eſt. Solinus.
✤ Beneuentum prius Maleuentum dictum Iacob. Conſtan.
Beni, populi ſunt Thraciæ, unde Benicus.a.um.
Benica prætura in Thracia dicitur Ptolemæo.
Benis fluuius Hiſpaniæ, qui & Minius dicitur.
Benta, ciuitas eſt Mauritaniæ Tingitanæ.
Bera, ciuitas eſt Arabiæ deſertæ.
Berbis, ciuitas eſt Pannoniæ inferioris.
Bercorcates, populi ſunt Galliæ Aquitanicæ.
Berecynthus, mons eſt & oppidum Phrygiæ.
Berecyntus, tractus eſt ſiue regio Cariæ.
Berecyntes, populi ſunt Phrygiæ.
Berecynthius.a.um. à Berecyntho ſiue Berecyntibus.
Beregrani, populi Italiæ in Piceno. Pli.
Berethis, ciuitas Aethiopiæ ſub Aegypto.
Beretra, ciuitas Prægutiorum in Italia.
Berga, ciuitas eſt Hodomantiorum in Macedonia.
Bergidium, oppidum eſt Hiſpaniæ Pto.
Bergium, oppidum eſt in Germania eidem.
Bergiſtani, populi ſunt Hiſpaniæ. Liuius.
Bergebi, populi ſunt galliæ Aquitanicæ.
Bergomum, oppidum Italiæ Tranſpadanum.
Bergomates, populi Italiæ à Bergomo dicti.
Bergos, inſula eſt ſeptentrionalis prope Thulen.
Bergula, ciuitas eſt in Thraciæ Cherſonneſo.
Berguſa, ciuitas eſt Hiſpaniæ. Pto.
✤ Beria, ciuitas Lacedæmoniæ, quā Lucianus Polliāthropon (uocat.
Berytos, ciuitas eſt phœnices Syriæ.
Bermius, mons eſt Phthiotidis regionis.
Bernaua, ciuitas eſt Hiſpaniæ. Pto.
Beroa ſiue Beroea, ciuitas eſt Macedoniæ.
Beroea ciuitas eſt Syriæ Cyrrheticæ regionis.
Berœenſes, populi ſunt Syriæ curuæ.
Berones, populi Hiſpaniæ qui Celtiberi.
Beronice.es. ciuitas eſt Cyrenaicæ regionis.
Beronice Berenices, ciuitas eſt Arabiæ.
Beronice Beronices ciuitas eſt altera Arabiæ.
✤ Beronice an Berenice, ciuitas eſt ad Syrtes. Solinus.
✤ Berrea, ciuitas eſt iuxta Euphratem.
Berrentani, populi ſunt Hiſpaniæ.
Berſima, ciuitas eſt Meſopotamiæ ad Euphratem.
Bertiſcus, mons eſt Macedoniæ.
Berus, ciuitas eſt Mygdoniæ in Macedonia.
Beruenſes, populi ſunt Venetiæ in Italia.
Berzama, ciuitas eſt Idumeæ in Iudæa.
Beſeda, ciuitas eſt Hiſpaniæ.
Beſedis, fluuius eſt Italiæ Rauennam præterfluens.
Beſſa, ciuitas eſt Phocidis ſiue Locridis regionis.
Beſſa, ciuitas altera in Peloponneſſo.
Beſſara, ciuitas eſt Aſſyriæ Ptolemæo.
Beſſi, populi ſunt Thraciæ ad Strimonem fluuium.
Beſſica prætura in Thracia ponitur Ptolemæo.
Betarini, populi ſunt coeles Syriæ, id eſt Curuæ.
Beterræ ſiue Bliterræ, populi Galliæ Narbonenſis.
Betarmones Homerus uocat, qui ſint Corybantes.
Betaſi, populi ſunt Galliæ Belgicæ.
Beterones, populi ſunt Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Bethamaria, ciuitas Syriæ ad Euphratem.
Bethauna, ciuitas eſt Meſopotamiæ ad Euphratem.
Beththana, ciuitas eſt Babyloniæ regionis.
Betylus, ciuitas eſt Peloponneſſi.
Betholæ una ex toparchijs Iudeæ.
Betogabra, ciuitas Iudeæ ab occaſu Iordanis.
Betoum, oppidum Meſopotamiæ ad Tigrim.
Betulo, oppidum Hiſpaniæ prope Barcinonē.
Betulonium, oppidum Thuſciæ in Italia.
Beturia, regio Hiſpaniæ inter Bætin & Anam.
Beudos, ciuitas Piſidiæ ſiue Pamphiliæ.
Bexamais æſtuarium Britanniæ inſulæ.

B ANTE I

Biabanna, ciuitas in Arabia fœlici.
Biandyna, ciuitas Peloponneſſi in ſinu Laconico.
✤ Bianora à uictore Ocno olim Gallia Ciſpadana, poſtea Fel(ſina.
Biatia, oppidum Hiſpaniæ, hodie Baeça.
Bibacum, oppidum eſt Germaniæ.
Bibali bibalorum, populi ſunt Hiſpaniæ.
Bibalum forum oppidum Hiſpaniæ.
✤ Bibaſſos & Babaſſos, ciuitas eſt Cariæ Steph.
✤ Bybe.es. ciuitas eſt iuxta Peucecios Steph.
Bybla, ciuitas eſt Babyloniæ regionis.
Bibracte, oppidum Heduorum in Gallia.
Bibracte ſiue Bibrax, oppidum Rhemorum.
Bibrogi.orum, populi Britanniæ inſulæ.

Bibiarij,populi ſunt Mauritaniæ Tingitanæ.
Byblis biblidis cognominata eſt Melos inſula.
Byblos,ciuitas eſt Syriæ phœnices.
Bibliophorum,uilla eſt Libycæ nomi in Aegypto.
Byces ſiue Buces,lacus eſt in Sarmatia Europæ.
Bicurgium,oppidum eſt Ptolemæo in Germania.
Bida colonia eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Bidini Bidinorum,populi ſunt Siciliæ.
Bidinia Ptolemæo ciuitas eſt Hiſpaniæ.
Biendium,portus eſt Cantabrorum Hiſpaniæ.
Bienelli,populi ſunt Galliæ Lugdunenſis.
Bieſſi an Beſſi,populi Sarmatiæ Europæ.
Bigeriones populi ſunt Aquitanicæ Galliæ.
Bigerra, ciuitas eſt Ptolemæo in Hiſpania.
Byges ſiue Buges,lacus eſt Sarmatiæ in Europa.
Bilæus fluuius eſt Ponti regionis Aſiæ.
Bilbana,ciuitas eſt in Arabia fœlici.
Bilbilis,ciuitas eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Billa,uilla eſt Marmaricæ in Aegypto.
Bylliones,populi ſunt Epiri regionis.
✤ Byllis,ciuitas eſt Illyricæ regionis.Stephanus.
Bilumbri,populi Sabinorum in Italia.
Bimatra,ciuitas eſt Meſopotamiæ.
✤ Bimazos,ciuitas eſt Pæonum in Pœenia regione.Steph.
Binſitta,ciuitas eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Bintha,ciuitas eſt Libyæ interioris.
Bioea,portus eſt Sardiniæ inſulæ.
Biracelum,oppidum eſt Thuſciæ in Italia.
Birchane birchanes,ciuitas eſt Germaniæ.
Birephi birephorum,populi ſunt Ptolemæo in Dacia.
Birtha.ciuitas eſt Meſopotamiæ ad Tigrim.
Birtha ciuitas eſt Arabiæ deſertæ.
Birtaba,ciuitas in Aſſyria Ptolemæo.
Biſacteri,populi ſunt in Germania.
✤ Biſaltia regio eſt Macedoniæ,unde Biſaltæ.
Biſaltia in Thracia ponitur Herod.lib.vij.
Biſantha Rhedeſtum, ciuitas eſt Thraciæ.
Byſſacium ſiue Byzatium,ciuitas eſt Libyæ.
Byſſacenus ſiue Byzacenus ager á Byſſacio.
Biſtargis,ciuitas Ptolemæo in Hiſpania.
Biſtones,populi ſunt Thraciæ,unde biſtonis biſtonidis.
Biſtonis palus ſiue lacus Biſtonum in Thracia.
Biſurgis,ciuitas eſt in Germania Straboni.
Bitanda,ciuitas eſt Babyloniæ regionis.
Bithia,ciuitas altera in Media eidem Ptolemæo.
✤ Bithia,oppidum Thraciæ autore Solino.
Bithias,ciuitas eſt Meſopotamiæ Ptolemæo.
Bithiga.ciuitas eſt Maſopotamiæ Ptolemæo.
Bityla,ciuitas Laconiæ mediterranea Peloponneſſi.
Bithynia & Pontus regiones ſunt Aſiæ.
Bithyni populi ſunt Bithyniæ ad Boſporum.
Bithynias Bithiniæ fluuius eſt Thraciæ regionis.
Bithynis bithynidis,ciuitas inſulæ Iſtri fluminis.
Bithynium,ciuitas eſt, quæ Claudiopolis in Bithynia.
Bitucenſes,populi ſunt Galliæ Lugdunenſis.
Bitulgia,ciuitas eſt Thuſciæ mediterranea.
Bituriges,populi ſunt Galliæ Aquitanicæ.
Bituris,ciuitas eſt Ptolemæo Hiſpaniæ.
Biulæi, populi ſunt in Arabia fœlici.

✤ Byzantus populi ſunt iuxta Carthaginem.
Byzatium ſiue Byzantium,oppidum eſt Libyæ.
Bizantium,ciuitas eſt Thraciæ,quæ Canſtantinopolis.
✤ Byzantius.a.um.quod ad Bizantium pertinet.
Byzen.enis.oppidum eſt Thraciæ quæ & Byzia.
Byzeres,populi ſunt ſeptentrionales,qui Chalybes.
Byzia,oppidum eſt.Thraciæ quod Byzen.enis.
Byzone,oppidum eſt Thraciæ fórte ſuperiora.

B ANTE L.

Blayrum,oppidum eſt Phrygiæ.
Blana regio eſt Ponti in Aſia maiori.
Blanda,ciuitas eſt Hiſpaniæ citerioris.
Blanda altera ciuitas in Brutio littore.
Blanda,ciuitas eſt in India Straboni.
Blamona,ciuitas eſt in Liburnia Ptolemæo.
Blaſconus ſiue Blaſcon,inſula maris Gallici.
Blaxenſes,populi ſunt Hiſpaniæ Luſitaniæ.
Bleandrus,ciuitas eſt in Phrygia maiori.
Blemina,oppidum eſt Laconiæ in Peloponneſſo.
Bleminatis.populi Laconiæ à Blemina.
Blemmyæ,populi ſunt Aethiopiæ ſub Aegypto.
Blera,ciuitas eſt Thuſciæ mediterranea.
Bleratæ.arum. populi ſunt Thuſciæ à Blera.
Bleſini,caſtellum eſt in Corſica inſula.
Bliterræ.arum.ſiue Beterræ,oppidum Galliæ Narbonenſis.
Blutium,caſtellum Bithyniæ finitimum.

B ANTE O.

Boana,ciuitas eſt Babyloniæ regionis.
Boactus,fluuius eſt Italiæ in Lyguria Ptolemæo.
Boagrius,fluuius eſt Locridis regionis.
✤ Boarus ſiue Hoarus fluuius in Mæotida palude influens
Bocalia,ciuitas eſt in Attica regione. (Herod.
Bocarus,ciuitas eſt Atticæ regionis.
Bochæ bocharum,populi ſunt Armeniæ maioris.
Bocheis,ciuitas eſt Theſſaliæ regionis.
Bochyris,uilla eſt Marmaricæ in Aegypto.
Bodincus,fluuius Italiæ,qui ſit Padus.
Bodincomagus, ciuitas iuxta padum ſita.
Bodini,populi ſunt in Sarmatia Europæ.
✤ Bodonep.ω.in prima & ſecūda ciuitas Terræbicæ Steph.
Boea,ciuitas eſt Peloponneſſi in ſinu Argolico.
Boebe boebes,ciuitas eſt Theſſaliæ regionis.
Boebis, locus eſt Theſſaliæ à Boebe dictus.
Boecolicus,mons Libyæ in Cyrenaica regione.
Boedurum,oppidum Vindeliciæ regionis.
Boeon,oppidum in Taurica Cherſonneſo.
Boeonaſſa,ciuitas ponti Galatici Cappadociæ.
Boeona, ciuitas eſt Peloponneſſi Straboni.
Boeotia regio eſt Achaiæ,Boetia dicta á iunioribus.
Boeotius.a.um.res ad Bœotiam pertinens.
Boeula,ciuitas eſt Cariæ regionis Straboni.
Boeum Straboni oppidum eſt Cretæ inſulæ.
Bogadum,oppidum Germaniæ magnæ.
Bogderiais,æſtuarium Britanniæ inſulæ.
Bogdonanis regio eſt in Ponto & Bithynia.
Boij.orum.populi qui interierunt in Italia.
Boij.orum.populi Galliæ Lugdunenſis.
Boianum ſiue Bouianum,oppidum Samnitum in Italia.
Boiemi à Cornelio Tacito dicuntur qui Böemi.

Boin,oppidum Aphricæ interioris Ptole.
Boion,oppidum Doridis regionis in Achaia.
Bola,oppidum Latij quod interijt in Italia.
Bolanus bolana bolanum,á Bola oppido Latij.
Bolba lacus eſt prope Sycen propontidis oppidum.
Bolbitinum unum eſt ex oſtijs Nili.
✣ Bolbitinum oſtium Nili nonuerum. Herodotus.
✣ Bolbitinũ inquit & Bucolitũ nõ ſunt natiua oſtia ſed de= (foſſa.
Bolbule bolbules,inſula eſt cõtra Epheſũ urbẽ.
Bolerium,promontorium eſt Britanniæ.
Bolonia,ciuitas eſt Siciliæ prope Catinam.
Bomaræi populi ſunt Aſiæ interioris Pomponio.
Bombos bombi,fluuius eſt Ciliciæ regionis.
Bomitæ,oppidum in confinio Ciliciæ & Syriæ.
Bondelia,ciuitas eſt Thuſciæ mediterranea.
✣ Bonchis,ciuitas eſt Aethiopiæ.Stephanus.
Bonna,ciuitas eſt Germaniæ interioris.
Bondinus mons eſt in Sarmatia Europæ.
✣ Bongus,fluuius in Iſtrum cadens Herod.
Bonochene,populi ſunt magnæ Germaniæ.
Bononia,ciuitas eſt in Gallia togata.
Bononia altera ciuitas eſt Pannoniæ ſuperioris.
✣ Bononia á ſucceſſoue Bono dicta,cũ antea Felſina dicebat.
Booſura booſuræ, ciuitas eſt Cypri inſulæ.
Borama, ciuitas eſt Paleſtinæ Iudeæ.
Boræum promontorium eſt Iberniæ inſulæ.
Boræum promontorium eſt Cyrenaicæ regionis.
Borcani,Hirpinorum populi in Italia.
Boreum,promontorium eſt ad Syrtim magnam.
✣ Borion,promontorium Africæ autore Solino.
Boryſthenes,fluuius eſt Sarmatiæ Europæ.
Boriſthenis.idis.ciuitas eſt Scythiæ.
Borioſtoma unum ex oſtijs Iſtri fluminis.
✣ Boryſthenes,ciuitas eſt & fluuius Põti.Steph.Herod.Sol.
✣ Boryza,ciuitas eſt Ponto.Stephanus.
✣ Bormiſcos,regio eſt Macedoniæ Steph.autore.
Bormanum,oppidum in Iazygibus populis.
Bormanico bormaniconis,oppidum Galliæ Narbonen.
Bormius ſiue Bormiſcus locus Macedoniæ.
Boruſci.orum.populi ſunt Sarmatiæ Europæ.
Borſippa,ciuitas eſt Babyloniæ regionis.
✣ Boſirara,ciuitas eſt Aegypti Stephano.
Boſgodariza,ciuitas eſt Cappadociæ regionis.
Boſporus Thracius eſt traiectus ad Byzantium. (Pom.
✣ Boſporus Thracius ſtadijs.v.Europã ab Aſia diſterminat.
✣ Boſporus cimeri⁹ á cimmerijs poplis q̃ ei⁹ frigidiſſ.par= (tẽ colũt.
Boſporus cimmeri⁹ traiectus ad Chalcedona.
✣ Boſporus cũ aſpiratiõe ſcribitur,lege in ſuperiori uocabu= (lario.
✣ Boſporus,ciuitas eſt Ponti Stephano.
Boſporani, populi incolentes Boſporum.
Boſſa.æ.ciuitas eſt Sardiniæ inſulæ Ptole.
✣ Boſra in ſacris literis ciuitas eſt q̃ Idumæa.
Boſtra.orum.legio,ciuitas eſt in Arabia petrea.
Botabodurum,oppidum Batanorum Germaniæ.
Botiei Botieorum,populi ſunt Thraciæ.
Botiæa,ciuitas eſt in Italia Straboni.
✣ Botijon per.ci.in penultima ciuitas eſt Phrigiæ.
✣ Botachide,locus eſt Arcadiæ autore Stephano.
Botrys,ciuitas eſt Syriæ phœnices,unde
Botryenſes,dicti á Botrye ciuitate Phœnices.
Bouillæ.arum.locus eſt prope Romam.
Bouianum,uetus oppidum Samnitum in Italia.
Bouianum alterũ,undecumanorũ,opp.cognoĩe Samnitum.
Boum,oppidum eſt Aethiopiæ ſub Aegypto.
Bouta,ciuitas eſt Libyæ interioris.

B ANTE R.

Bracara auguſta,ciuitas eſt Hiſpaniæ.
Bracarum conuentus dicitur Plinio.
Bracarenſe conſilium celebratur in decretis.
Brachata Gallia,lege uerbum Gallia Brachata.
Brachodis,promontorium Aphricæ proprie dictæ.
✣ Brachyle,ciuitas eſt Ceretanorum Stephano.
✣ Braeſi gens eſt Macedoniæ prouinciæ Steph.
Brægætium,oppidum eſt Pannoniæ ſuperioris.
Bragada, flumen eſt Aphricæ proprie dictæ.
Bragada,ciuitas eſt Perſidis ſiue Carmaniæ.
✣ Bragada fluuius iuxta Vticum labitur.
Bragmanæ philoſophi ſunt apud Indos.
Bragadurum,oppidum eſt Rhœticæ regionis.
Brana,ciuitas Bæticæ conuentus Gaditani.
Branchide á quibus oraculum Apollinis Didymæi.
✣ Braſiæ,ciuitas eſt Laconiæ Stephanus.
Bratuſpantium,oppidum Bellouacorum Galliæ Belgicæ.
Braunum,oppidum eſt Ptole.Hiſpaniæ.
Braunogenium,oppidum eſt Britanniæ.
Brauron,oppidum eſt Atticæ regionis.
Breges & Brygi & Phryges populi idem.
Brendeſium ſiue Brundiſium,oppidum eſt Calabriæ.
✣ Brendeſiũ Steph.Brenteſiõ p.n.in pen. á quo Brenteſinos.
✣ Brenteſion,ciuitas iuxta Adriam,autor eſt Steph.
✣ Brente brentes,ciuitas eſt Arcadiæ Stephano.
Bregmenteni,populi Teutraniæ ſunt.
Breſſus,ciuitas eſt Armeniæ maioris.
Bretina,ciuitas eſt Brechinorum in Italia.
Brechini.orum.populi ſunt Italiæ Ptole.
Bretoleum, oppidum eſt Hiſpaniæ.
✣ Brettos,ciuitas eſt Tyrrhenorum autore Stephano.
✣ Brettotia,inſula eſt in Aſia Stephano.
Breuci.orum.populi ſunt Alpium accolæ.
✣ Breuci.orum.populi ſunt Pannoniæ inferioris.
Breuni.orum.populi ſunt Alpini.
Breucomagus,ciuitas eſt Galliæ belgicæ.
Bryanion,oppidum eſt Epiri regionis.
✣ Bryanion,ciuitas eſt Theſprotiæ.Steph.
Briantæ.arum.populi ſunt Thraciæ regionis.
✣ Briantica regio eſt, quæ Gallia in Thracia Herod.
Briclice briclices,regio mediterranea Ciliciæ.
✣ Bricinnia, ciuitas eſt Siciliæ.Stephanus autor.
✣ Bryges qui poſtea Phryges omniũ mortaliũ antiquiſſimi.
✣ Brygi & Bryges,gens eſt Herodoto & Steph.
✣ Bryges gens eſt Thraciæ Stephano autore.
✣ Brygias,ciuitas eſt in Macedonia prouincia.
Brigantes,populi ſunt Iberniæ inſulæ.
Brygantium,oppidum Rhoetiæ regionis.
✣ Brigantinus lacus inter Alpes Rhoetiæ.Solinus.
Brigantium,oppidum Setuſianorum in Alpibus.
Brigetium,oppidum eſt Hiſpaniæ.
Brygion,ciuitas Macedoniæ,unde brigantes.

Brileſus, mons eſt Atticæ regionis.
Brion littus eſt Aphricæ in Cyrenaica regione.
Brinthon, oppidum eſt in Peloponneſſo.
✤ Bryſacion, ciuitas eſt Parthices Straboni.
Bryſæ, populi ſunt Thraciæ regionis.
Briſantæ, populi ſunt Rhoetiæ regionis.
Bryſiæ, populi ſunt Peloponneſi Homero.
Briſecini, populi ſunt Hiſpaniæ.
Briſoana, fluuius eſt Perſidis regionis.
Britannia inſula, quæ Græcis ſit Albion.
✤ Brytannia vulgo dicitur Inglaterra.
✤ Brytannia á ſemibarbaris appellatur Anglia.
✤ Brytamia Stephanus Bretanniccn uocat.
Britanni alteri populi ſunt Galliæ.
Brithis, ciuitas eſt Aegypti apud Ptolemæum.
Britium, oppidum eſt Luſitaniæ in Hiſpania.
Britolæum, oppidum eſt Luſitaniæ forte Britiũ.
Britolangæ, populi Miſiæ inferioris ſunt.
Britones, populi ſunt Galliæ.
✤ Bryx & Bryge gens eſt ſic cognominata. Steph.
Brixentes, populi ſunt Alpini in Italia.
Brixia, ciuitas eſt Venetiæ in Cennomanis.
Brixillum coloniæ eſt Galliæ togatæ.
Brizaca, ciuitas eſt Armeniæ maioris.
Brondentia, ciuitas eſt Germaniæ Ptole.
Brondiontij an Ebroduntij populi ſunt Alpini.
Bruca, promontorium eſt Siciliæ Ptole.
Bructeri, populi ſunt Germaniæ Straboni.
Brullitæ, populi Epheſo urbi contributi.
Brumbeſtini, populi ſunt Calabriæ in Italia.
Brundulum portus, quem Atheſis fluuius facit.
Brunduſium, oppidum & portus Calabriæ.
✤ Bruſis, regio eſt Macedoniæ autore Stephano.
Brutij populi ſunt Italiæ Lucanis finitimi.
Brutium, locus eſt apud Hieronymum in Aegypto.
✤ Bruttia pars eſt Siciliæ autore Stephano.
✤ Brutobria, ciuitas eſt iuxta fluuium Bætim.

B ANTE V.

Buana, ciuitas eſt maioris Armeniæ.
Buba, ciuitas eſt Frentanorum in Italia.
Buba, ciuitas eſt Cyrrheticæ regionis in Syria.
Bubaſſus ſiue Bubeſſus locus Cariæ, à quo ſinus Bubeſſius.
Bubaſtis ſiue Bubaſtus, Aegypti ciuitas eſt.
Bubaſtites nomos præfectura eſt Aegypti.
Bubaſticus amnis à Bubaſti urbe Aegyptia.
Bubeium, oppidum Aphricæ interioris.
Bubienum, oppidum eſt Straboni in Germania.
Bubinda bubindæ, fluuius eſt Iberniæ inſulæ.
Bubon bubonis, oppidum eſt Lyciæ regionis.
Bucanum, oppidum eſt Italiæ Straboni.
Bucara, ciuitas Vmbriæ iuxta fluuium Truentinum.
Bucephalus portus Peloponneſi in ſinu Saronico.
Bucephalia, ciuitas in India ab Alexandri equo.
Buccina vel Buccinona, inſula in mari Siculo.
Buchetium, oppidum eſt in Epiro regione.
Bucolia, ciuitas Aegypti Hieronymo in Hilarione.
✤ Bucolitum Nili oſtium, lege Bolbitinum ex Herodoto.
✤ Buces ſiue Buges ſiue Bices ſiue Biges lac⁹ i Sarmatia Europæ.
Bucus, fluuius eſt Sarmatiæ in Europa.
✤ Bucus quoq; oppidum eſt Aegypti. Herod. lib. ij.
Budum, oppidum fuit Homero lib. xvj. Iliad.
✤ Budi, populi ſunt Mediæ regionis Herodoto autore.
✤ Budia per. ei. ciuitas eſt Magneſiæ Stephano.
✤ Budini. orum. populi ſunt Sarmatiæ ſiue Scythiæ.
Budorgis, ciuitas eſt Ptolemæo Germaniæ.
Budoris, ciuitas eſt eidem autori Germaniæ.
Budorigum, oppidum eſt eidem Germaniæ.
Budorus fluuius eſt Euboeæ inſulæ.
Budræ inſulæ duæ prope Cretam inſulam.
Bugæi populi ſunt Straboni in Italia.
Buges ſiue Byges ſiue Buces ſiue Byces lacus.
Buianum ſiue Bouianum oppidum eſt Samnitum.
✤ Bulgari accolæ ſunt Iſtri autore Blondo.
Bulia, ciuitas eſt Phocidis in Achaia.
Bulenſes populi ſunt Achaiæ in Phocide.
Bulla, oppidum Aphricæ inter Bragadã & Tritonem.
Bulla regia, ciuitas eſt Aphricæ in Numidia.
Bullaria, ciuitas eſt Numidiæ nouæ in Aphrica.
Bulleum, oppidum eſt Ptolemæo Britanniæ.
Bullis. idis. ciuitas eſt Macedoniæ regionis.
Bullidenſes, populi ſunt Macedoniæ á Bullide.
Bulua, ciuitas eſt Ptolemæo in Dalmatia.
Buluba, ciuitas eſt Aphricæ interioris.
Bulimeon, oppidum eſt Liburnorum.
✤ Bunartis, ciuitas eſt Libyæ Stephano autore.
✤ Búnima. orum. per. ei in pen. ciuitas Epiri Stephano.
Bungute. arum. populi ſunt Germaniæ magnæ.
Bunitium, oppidum eſt Germaniæ magnæ.
Bunobora, ciuitas eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
✤ Bûnos, ciuitas eſt Illyriæ regionis Epiri conterminæ.
Bunthum, oppidum Aphricæ ultra Bragadam.
Buphagion ſiue Bocalia, oppidum eſt Arcadiæ.
✤ Buphia, uicus eſt Sicioniæ Stephano autore.
Meoriga Ptolemæo oppidum eſt in Hiſpania.
✤ Mephyla oppidum eſt antiquum Latij Diony. Hali.
Meraria inſula eſt Plinio adiacens Balearibus.
Mercurij oppidum eſt in Aegypto quod Hermopolis.
Mercurij promontorium eſt in Aphrica.
Merende Plinio oppidum eſt Samnitum in Italia.
Mergentini, populi ſunt Vmbriæ in Italia.
Meri.orum populi ſunt iuxta Euphratem.
Meris inſula eſt Plinio in mari Lycio.
Merna inſula eſt adiacens Libyæ in Oceano.
Merobrica oppidum eſt Luſitaniæ in ora.
✤ Meróe ciuitas in inſula Meroe Pto. in Aetiopia.
Meroe.es. ciuitas & inſula Nili in Aegypto.
Meroéni, populi ſunt eiuſdem inſulæ incolæ.
Merope ſiue Meropis inſula, quæ poſtea Co.
Meropia inſula vna ex Cycladibus, quæ poſtea Siphus.
Meros per.u. mons Indorum, interpretatur femur.
Mertallinenſes, populi Luſitaniæ in Hiſpania.
Merucra oppidum eſt Bæticæ in Hiſpania.
Merula flumen eſt Liguriæ Plinio. lib. iij.
✤ Meſammones ſiue Naſammones populi prope Syrtim maiorem.
Meſanites ſinus eſt Ptolemæo Arabiæ fœlicis.
Meſanites ſinus eidem maris Perſici in Arabia deſerta.
Meſapus mons inter Mædos & Poeonias Ariſtoteli.
✤ Meſapia Solino à Meſapo rege dictam ſcribit.
✤ Meſapia Straboni lib. ix. an Boeotia?
✤ Meſapia an Meſſapia, quæ Apulia à Meſſapio rege. Feſt.
✤ Meſathea inſula eſt prope Thraciæ Cherſonneſſum Plini.
Meſe inſula eſt una ex numero Stœchadum.
Meſembria oppidum eſt celebre in Thracia.
✤ Meſembriacus.a.um. quod ad Meſembriam pertinet.
Meſi, populi ſunt Plinio in eadem Thracia.
Meſia palus eſt Germaniæ Pomponio Mellæ.
Meſium oppidum Paphlagoniæ in Gallia Pto.
✤ Meſius.a.um. à quo ſilua Meſia Catoni.
Meſola ciuitas eſt Straboni in Peloponneſſo.
Meſopotamia Syria eſt inter duo flumina.
Meſoroma ciuitas eſt Cappadociæ in Põto Polemoniaco.
Meſotes mons eſt Ptolemæo in Aſia propria.
Meſſa ſiue Meſſena ciuitas eſt Peloponneſi.
Meſſabatæ Ptolemæo populi ſunt Perſidis.
Meſſada ciuitas eidem in Arabia petrea.
Meſſana ciuitas eſt in freto Siciliæ inſulæ, nunc Mecina.
✤ Meſſana à Meſſenijs cõdita, quæ prius Zancle dicebatur.
Meſſanij Ptolemæo populi ſunt Siciliæ.
Meſſanicus alueus ex Pado Rauenam deductus.
Meſſapia regio eſt eadem quæ Calabria.
✤ Meſſapia oppidum Plinio quæ Varia Apulæ dicitur.
Meſſapius.a.um. ad Meſſapiam pertinens.
Meſſenia.æ. regio eſt Peloponneſi, regnum Neſtoris.
Meſſene.es. ciuitas eſt in eadem regione.
Meſſenius.a.um. ad Meſſeniam pertinens.

Meſſenij Straboni populi ſunt in Italia. Pto. in Sicilia.
Meſſeis Straboni eidem ciuitas eſt Theſſaliæ.
Meſta mons eſt Ptolemæo Aethiopiæ interioris.
Meſtudia Floro hiſtorico ciuitas eſt Hiſpaniæ.
Meſua peninſula eſt in prouincia Narbonenſi.
Meſuaces Ptolemæo populi ſunt in Norico.
Meſulani Ptolemæo dicũtur q Miſulani populi Aphricæ.
Meſurium oppidum eſt Germaniæ Ptolemæo.
Metacum oppidum Atrebatarum Galliæ belgicæ.
Metacum Ptolemæo oppidum in Arabia fœlici.
Metacaunus oppidum eſt Aſiæ proprie dictæ.
Metacompſo Ptolemæo locus eſt in Aegypto.
Metagonium Pomponio promontorium eſt Aphricæ.
Metagonitis à Græcis terra eadẽ quæ à noſtris Numidia.
✤ Metagonitis promontorium in Mauritania Tingitana.
✤ Metogitis Pto. ponitur iuxta Mulucæ fluuij oſtium.
Metapinum vnum eſt ex oſtijs Rhodani.
Metapontum oppidum eſt in ſinu Tarentino.
Metapontini populi ſunt Metaponti incolæ.
Metarus Ptolemæo oppidum eſt in Hiſpania.
Metaurus fluuius eſt in littore Brutio.
✤ Metaurus fluuius alter ponit Strabo, lib. vi.
Metaurenſes duplices ſunt Vrbinates & Tybernates.
Metelis ciuitas eſt metropolis in Aegypto.
Metelites nomos præfectura eſt in eadem.
Methana ciuitas eſt Peloponnenſi Straboni.
Methath Ptolemæo ciuitas eſt in Arabia fœlici.
Methymna ciuitas eſt in Leſbo inſula.
Methymna Straboni ciuitas eſt Locridis.
Methône oppidum eſt Elidis in Achaia.
Methóne oppidum eſt Magneſiæ ſiue Theſſaliæ.
Methydrium oppidum eſt Arcadiæ regionis.
Metibi populi ſunt in Sarmatia Aſiatica.
✤ Metij populi, qui maris rubri inſulas colunt, Dario tributarij.
Metilis Pomponio mons in Aegypto ad Nilum.
Metina inſula eſt contra Rhodani oſtium.
Metita ciuitas eſt Ptolemæo in Armenia minori.
Metonium Pto. oppidum Sarmatiæ in Europa.
Metona Ptolemæo ciuitas eſt Perſidis.
Metoſtada eidem ciuitas eſt Germaniæ.
Metopon criu, ideſt fons arietis promontorium Cretæ.
Metopon criu promontorium eſt Tauricæ regionis.
Metropolis Ptolemæo ciuitas eſt in Sarmatia Europæ.
Metropolis ciuitas Phrygiæ magnæ Ptolemæo.
Metropolis ciuitas Lydiæ Mæoniæ in Aſia.
Metropolis Eſtiotorum ciuitas eſt in Macedonia.
Metropolitæ incolæ ſunt harum ciuitatum.
Metua Ptolemæo oppidum eſt in Hiſpania.
Meuania oppidum Vilumbrorum in Italia.
Meuanates & Meuamonenſes populi Vmbriæ.
Meura ciuitas eſt eadem quæ Megara Ptolemæo.

M ANTE I.

Mya Plinio inſula eſt in ſinu Ceramico.
Miædij Ptolemæo populi ſunt in Aphrica.
Myanda ciuitas eſt Ciliciæ in continente.
✤ Myanda Pli. legitur. Str. Myinda neutro gñe & plãli numero.
Miathium Ptolemæo ciuitas eſt in Galatia.
Mibæ Straboni populi ſunt in Aphrica.

Mycaleſſus oppidum eſt in Boeotia & mons.
✤ Mycalenſis à Mycale. Valde excelciſſimo Mycalẽſis mõtis
Mycale mons eſt Ptol.in Aſia proprie dicta. (vertice.
Mycale inſula eſt in ora Ioniæ regionis.
Mycenæ.arum.oppidum eſt in Peloponneſſo.
Mycenæus.a.um.ſiue Mycenenſes à Mycenis.
Mycenis.idis.fœmina ab eodem oppido.
Myceni,populi ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Mycone inſula eſt vna ex Cycladibus.
✤ Myconius a.um.quod ad Myconem pertinet.
Mydarum Ptolemæo oppidum eſt in Phrigia magna.
Midæa ciuitas eſt eadem quæ Lebadia.
✤ Mydæa oppidum eſt Boeotiæ per ei diphth.in pen.
Mideni,populi ſunt Ptolemæo in Aphrica.
Mieza ciuitas Macedoniæ mediterranea.
✤ Mygades Diodoro lib.vj.qui Cretam tenuerunt.
Mygdonia Ptolemæo regio eſt Macedoniæ.
✤ Mygdonia regio in Aſia minori q̃ & Bithynia d'r, Hero.
✤ Mygdonius.a um.& Mygdonides à Mygdonia &c.
Mygdones,populi ſunt eiuſdem regionis. (uentus.
Mygdones alteri populi ſunt Teuthraniæ Pergamei con=
Mygdones alij populi ſunt in Meſopotamia.
Migo Ptol. villa eſt Marmaricæ in Aegypto. (legatur.
✤ Myinda ciuitas eſt Stra.ꝑpe Anchialũ quãquam Iymdam.
Mylæ.arum ciuitas eſt in Theſſalia.
Mylæ inſulæ duæ adiacentes Cretæ.
Mylæ Plinio oppidum eſt Siciliæ inſulæ.
Mylaſa oppidum eſt Cariæ regionis.vnde Mylaſenſis.
Miletum ciuitas eſt metropolis in Ionia.
Miletos oppidum fuit Aeolidis Plinio.
✤ Miletus à Mileto Apollinis.F.& quo capta à Perſis.Her.
✤ Mileſius.a.um à Mileto,vnde Mileſiæ fabulæ dicuntur.
✤ Miletos Ioniæ caput Cadmi.olim dom9 &c.Sol.cap.xlix.
Miletus oppidum eſt in ora Cretæ inſulæ.
Miletopolitæ Plinio populi ſunt Aeolidis.
Miliadæ populi ſunt in Aſia proprie dicta.
Miliæ.arum.oppidum eſt Siciliæ regionis.
Miliosaleum oppidum Pto. in Germania. (Miluia.
✤ Miluius pons.Flo.de bello ſub Lepido. Mar.à põte redit
✤ Milus.i.mons Indiæ Pli.Homines inquit eſſe in Milo auer
plãtis octonos digitos in ſingulos pedes habentes.
Mimas.antis.mons eſt Ioniæ regionis.
Mimaces Ptolemæo populi ſunt in Aphrica.
Mimallis cognominata eſt Melos inſula.
Minæi,populi ſunt Arabiæ fœlicis.
✤ Minaua Silius lib.viij.Scopuloſaq; rura Minauæ.
✤ Minciades Vergi.à Mincio flumine patrio cognominatus
Myndos ciuitas eſt Cariæ regionis. (eſt.
Myndeſius.a.um.ideſt res ad Myndum pertinens.
Myndus Ptolemeo inſula eſt in pelago Icario.
Minya inſula eſt Ptolemæo in Pelago Myrtoo.
Mincius fluuius eſt Galliæ Ciſalpinæ.
Minyæ.arum.populi ſunt Theſſaliæ.
✤ Minyæum oppidum eſt Boeotiæ Homer.p.ei.in pen.Mi=
Minyeius fluuius qui poſtea Orchomenos. (nyion.
Minyæum Straboni oppidum in Pelopõneſſo.
✤ Minio in itinere Caſſiano ab vrbe in Gallias ponitur.
Minyus fluuius eſt Galliciæ in Hiſpania. (Anto.
✤ Minyius fluuius idem eſt,qui Minyeus ſuprà.
Minoa portus eſt Ptolemæo in Creta inſula.
Minoa portus eſt eidem in ſinu Argolico.
Minoa rupes Straboni ponitur in Attica.
✤ Minoa,Selinuſiorũ Colonia eſt in Silicia.Herod.& Diod.
Minois ſiue Mincis,quæ poſtea dicta eſt Paros inſula.
Minthes,ciuitas eſt Straboni in Peloponneſſo.
Minoblica ſiue Mirobrica oppidum eſt Bæticæ.
Minoum,oppidum eſt Cretæ maritimum. (putabant.
✤ Minutia porta Romæ eſt,dicta ab ara Minutij,quẽ deum
✤ Minutia porta appellata quod ꝓxĩa eſſet ſacello Minutij.
Myonneſſos Plinio inſula eſt contra Epheſum.
Myoneſſus Straboni ciuitas eſt Theſſaliæ.
Minturnæ.arum.oppidum fuit in antiquo Latio. (coldi.
Myra op.Licyæ à Myro flu.dicta, de qua in vita diui Ni=
Miræum,oppidum Cirtiſiorum in Aphrica.
✤ Myrcinus Edonis locus,opinor Thraciæ.Herod.lib.v.
✤ Myriadã,loc9 quo primũ egreſſ9 Noe ex arca poſt diluuiũ.
✤ Myriadam.i.euiſceratorũ hominũ interpretatur Beroſus.
✤ Myriadam incolæ vocant locum egreſſorium Noe.
Myriandros ciuitas eſt Syriæ.
✤ Mirigada Diodorus lib.v.in Boeotia ponit.
Myrina,oppidum eſt Cretæ mediterraneum.
Myrina,ciuitas eſt Lemni inſulæ.
Myrina,oppidum eſt in Aeolide regione.
Myrlea,ciuitas eſt prope Rhindacum amnem.
Myrleanus.a.um.ad Myrleam ciuitatem pertinens.
Myrmecium,oppidum eſt iuxta Pontũ euxinũ. (gneſiã.
✤ Myrmeca noĩe d'r Therma qd' eſt inter Scyathũ & Ma=
✤ Myris Aegypti ſtagnũ.Pli.Moeris,ideſt foſſa grandis in=
Myrmidones,populi ſunt ijdem qui Hellenes. (terpre.
Myronis inſula eſt in ſinu Barbarico.
Mirobrica,oppidum eſt Bæturiæ in Bætica.
Mirobricenſes,populi ſunt Luſitaniæ ſtipendiarij.
Myrrhina Ptolemæo ciuitas eſt Aſiæ proprie dictæ.
Myrrhinuſſa Straboni ciuitas eſt in Aphrica.
Myrſiaca inſula eſt Aethiopiæ ſub Aegypto.
Myrſinos,ciuitas eſt in Peloponneſſo.
Myrtilis,oppidum eſt Luſitaniæ maritimum.
Myrtos inſula eſt in mari Myrtoo.
Myrtoum mare à Myrto inſula dictum.
Myrtunum,qui Myrſinos in Peloponneſſo.
Myſaris,promontorium eſt Ptolemæo Sarmatiæ.
Miſerga,ciuitas eſt eidem in Perſide regione.
Myſi,qui & Mœſi,populi ſunt Myſiæ regionis.
Myſia ſiue Mœſia regio Helleſponto imminens.
Myſia duplex ſcribitur,maior & minor.
Myſia,ciuitas eſt Straboni in Peloponneſſo.
✤ Myſia,quæ in Aſia eſt,inq̃t Gale.li.xi.de Simpl.medici.
Myſinus inſula eſt Ptolemæo adiacens Aphricæ.
Myſocaras portus eſt Mauritaniæ Tingitanicæ.
Myſorinus,ciuitas eſt Aegypti ad orientem.
✤ Miſon,oppidum conuentus Alabandi,imò Amizon.
Myſotmolitæ,populi ſunt Lydiæ Plinio.
Miſſenum locus eſt in ora maritima Campaniæ.
✤ Miſſenus inter nobiles portus Campaniæ nũeratur.Flor.
Miſua, oppidum eſt in Aphrica proprie dicta.
Miſulani Ptolemæo populi ſunt in eadem Aphrica.
Miſuni,populi ſunt in eadem Aphrica.

✣ Myſtia,op.in ora magnæ Græciæ Plinio.
✣ Miſthia autore Stephano vrbs eſt Samnitum.
Myſtos,inſula eſt Plinio adiacens Aetoliæ.
Mytiſtratini,populi ſunt Siciliæ ſtipendiarij.
• Mitylene,ciuitas eſt omnibus Leſbi inſulæ.
✣ Mitylene ab Acolis condita in Leſbo Herod.lib.ij.
✣ Mitylenæus.a.um.res ad Mitylenem pertinens.
Myus.untis.opp.eſt Ioniæ regionis.
✣ Myus(inquit Pli.) primo cõdidiſſe Iones Athenis pfecti:
✣ Myunta op. Cydrelus Athenieſis Codri.F. cõdidit autore
(Stra.

M ANTE N.

✣ Mnemium promontorium eſt Pto.in Aethiopia Aegypti.
Mneſthei pmontoriũ eſt & portus in Hiſpania Bætica.
Mniaria,oppidũ mediterraneũ Mauritaniæ Cæſarieñ.

M ANTE O.

Moca,ciuitas eſt in Arabia petrea.Pto.
Mochura ciuitas eſt Ptolemæo in Arabia fœlici.
Modiana,ciuitas eſt Ptolemæo in Arabia fœlici.
Modonus,fluuius eſt eidem in Hibernia.
✣ Modoni fluuij oſtium Ptolemæo in Hibernia quoq;.
Modunga,oppidum eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.Pto.
Moenis,fluuius eſt Germaniæ in Rhenum defluens.
Moeris,lacus eſt Aegypti inter Memphin, & Arſinoem.
Moeſia,regio eadem eſt quæ Myſia cognominatur.
Molibæ,populi ſunt Ptolemæo in Aethiopia Aegypti.
Molibodes,inſula eſt eidem adiacens Sardiniæ.
Mogontiacum,oppidum eſt Germaniæ Rheno appoſitum.
Molycria,oppidum eſt in Aetolia regione.
✣ Molochath,oppidum eſt Mauritaniæ Tingitanicæ.
✣ Molacath,op.Strabo.vocatur.Pli.vero & Sal.Mulucha.
Moloßi,populi ſunt Epiri regionis omnibus.
Mona,inſula eſt adiacens Hiberniæ.
Monapia,inſula eſt adiacens eidem inſulæ.
Monadi.orum.populi fuerunt Italiæ in Appulia.
Monalus,fluuius eſt Ptolemæo in Sicilia.
✣ Monali fluuij oſtium in Sicilia eſt Ptolemæo.
Monapſeni,populi ſunt in Sarmatia Aſiatica.
Mondi,inſula & Emporium Aethiopiæ ſub Aegypto.
✣ Momephis Aegyptiorum vrbs eſt Herod.lib.ij.
Monodactylus mons eſt Ptolemæo in Aethiopia Aegypti
Monoechus,portus eſt Liguriæ celebris.
✣ Monomeri & Monoſceli,populi ſunt vnicrures.
Mons Iouis Pomponio in Hiſpania citeriori.
Mons ater,Ptolemæo ponitur in Aphrica.
✣ Moocadini,populi ſunt Aſiæ proprie dictæ.
✣ Mophis,mons ex quo & Crophi mõte altero erũpunt Nili
Mopſos,oppidum eſt Ciciliæ Plinio. (fontes abyßi.
Mopſium,oppidum eſt Straboni in Theſſalia.
Mopſi fons Ptolemæo eſt in Armenia minori.
Mopſopia,Straboni eadem eſt,quæ Attica regio.
Mora,ciuitas eſt Ptolemæo in Corſica inſula.
Morgantij,populi ſunt Brutiorum in Italia.
Morgus,fluuius eſt in Padum defluens.
Morges dicta eſt prius,quæ poſtea Epheſus.
Morgetes,populi ſunt,qui Lucaniam incoluerunt.
Moricambris æſtus Ptolemæo in Britannia.
Moryllij,populi ſunt Macedoniæ.
Morimaruſa Plinio eſt oceanus Scythicus.
Moriſenæ Plinio populi ſunt Thraciæ.

Morini,populi ſunt Germaniæ inferioris.
✣ Morini,populi ſunt Galliæ contra Britãniam inſulam.
✣ Morinus.a.um.res ad Morinos populos expectans.
✣ Morinus portus eſt Floro de Bello Gallico.
Moroeca Ptolemæo populi ſunt in Hiſpania.
Moroſgi,populi ſunt Vardulorum Hiſpaniæ.
Moron.onis.locus eſt Straboni in Hiſpania.
Morſacij Plinio populi ſunt Germaniæ.
Morthula,ciuitas eſt Ptolemæo in Cappadocia.
Morum Ptolemæo oppidum eſt Aethiopiæ.
Morunda eidem autori ciuitas eſt Mediæ.
Moſa fluuius eſt Germaniæ Plinio.
Moſæus fluuius eſt Ptolemæo in Suſiana.
Moſcha fluuius eidem in Arabia fœlici.
Moſchus fluuius eſt quoq; in eo tractu.
✣ Moſchi Perſarum populi ſunt Dario Regi tributarij.
✣ Moſchi,populi ſunt in Aſia & Europa.Bero.
✣ Moſchi ſcißio cum Danubio,Pto.in Myſia ſuperiori.
✣ Moſchi,populi ſunt ad Hircanum mare Pomp.lib.iij.
Moſchi,montes & populi ſunt Septentrionales.
Moſega,Ptolemæo ciuitas eſt in Albania.
Moſella,fluuius eſt Aquitaniæ ad Burdegalẽ.
Moſilium promontorium,& Emporium Aegypti.
Moßinoeci,populi ſunt Septentrionales. (habitant.
✣ Moßinoeci poſt Chalybas & Tabarenos vltra Carãbim
✣ Moßinoeci turricolæ vł turribus habitãtes interpretatur
Moßini,populi ſunt Teutraniæ conuentus Pergameni.
Moßinus fluuius eſt in Caria regione.
Moſtana Ptolemæo ciuitas eſt Lydiæ mæoniæ.
Motienſes Plinio populi ſunt Siciliæ ſtipendiarij.
Motrunus Ptolemæo fluuius eſt eiuſdem.
✣ Motruni fluuij oſtium Ptolemæo eſt etiã in Sicilia.
Motuca,ciuitas eſt in Sicilia,Ptolemæo.
Moturij Ptolemæo populi ſunt in Aphrica.
Moxiani eidem populi ſunt Aſiæ proprie.
Moziata,ciuitas eſt Ptolemæo in Albania.

M ANTE V.

Muchthuſii,populi ſunt Ptol. in Aphrica.
✣ Mucræ,oppidũ Italiæ.Sil. qui Batulũ Mucrasq; metunt.
Mucuni,populi ſunt Ptolemæo Mauritaniæ Cæſarieñ.
Mugilones,populi ſunt Germaniæ Straboni.
✣ Mugionia porta Romæ dicta à Mugio,q ei lẽ tuẽdæ pfuit
✣ Multadas fluuius Luſitaniæ Straboni.an Munda potius?
Mulucha ſiue Molochath,fluuius eſt Mauritaniæ.
Munda,oppidum Bæticæ bello ciuili nobile.
Munda,fluuius eſt Luſitaniæ in Oceanum defluens.
✣ Mundenſis à Munda.Cæſ.in com.& Sueto.in Iulio.
Munias,locus eſt Armeniæ apud Euſebium.
✣ Munychia Athenienſium portus eſt,Pauſanias.
✣ Mulichius.a.um.vnde Munichius Iuppiter dictus.
Munitium,oppidum eſt Ptolemæo in Germania.(pellat⁹.
✣ Murcus ſiue Murt⁹ mons Romæ, q poſtea Auẽtinus ap-
✣ Murco ſub monte ſacellum erat Martiæ deæ dicatum.
Murgentini,populi ſunt Siciliæ ſtipendiarij.
Murgis,ciuitas Bæticæ & Tarraconenſis confinium.
Muriana præfectura eſt in minori Armenia.
Murrhani Pomponio populi ſunt Aſiæ.
Murſella Ptolemæo ciuitas in Pannonia inferiori.
✣ Murtus mons Romæ,lege ſuprà in verbo Murcus.

Muſagori Plinio inſulæ ſunt prope Cretam.
Muſbanda Ptolemæo oppidum eſt Cappadociæ.
Muſburgis, eidem oppidum eſt Hiſpaniæ.
Muſia Colonia eſt in Pannonia inferiori.
Muſcaria, ciuitas eſt in eadem Hiſpania.
Muſta villa eſt Ptolemæo inter Syrtes.
Muſta eidem oppidum eſt Aphricæ.
Muſtilia Ptolemæo ciuitas eſt in Cappadocia.
✤ Muſulani, populi Aphricæ proprie dictæ. Pli. lib. v.
✤ Muſulani Floro de bellis ſub Auguſto accolæ ſunt Syrtiũ
✤ Mutia prata, à Mutio, qui Porſenã regẽ ab vrbe dimouit.
Mutina, ciuitas eſt & Colonia Galliæ ciſalpinæ.
Mutinenſis. e. res ad Mutinam pertinens.
Muturgures Ptolemæo populi ſunt Aphricæ.
Mutuſta ſiue Mutiſta, ciuitas eſt Sabinorum. (ſtæ.
Mutueſti, populi ſunt Sabinorum à Mutuſta. forte Mutu-
Muza. emporium eſt Ptolemæo Arabiæ fœlicis.

¶ De incipientibus ab. N. litera.

NAana Ptolemæo ciuitas eſt Sarmatiæ in Aſia.
Naarda, ciuitas eſt Meſopotamiæ ad Euphraten.
Nababurum, oppidum eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
✤ Nabathæa, regio eſt contermina Arabiæ, dicta vero
✤ Nabathea (vt noſtri volunt) à Nabaioth primogenito Iſ-
Nebatæi, populi ſunt Arabiæ ad orientem. (maelis.
Nabatæus. a. um. res ad Nabatæos pertinens.
Nabathræ, populi ſunt Aphricæ interioris.
Nabar, Plinio fluuius eſt Mauritaniæ.
✤ Nabaſi, populi ſunt eiuſdem Mauritaniæ.
Nabius, Ptolemæo fluuius eſt in Hiſpania.
Nabriſſa Ptolemæo, quæ alijs eſt Nebriſſa.
Nacini, populi ſunt in Aethiopia ſub Aegypto.
Nacmuſi Ptolemæo populi Mauritaniæ Cæſarienſis.
Nacolia Ptolemæo ciuitas eſt Phrygiæ magnæ,
Nacraſa, ciuitas eſt Lydiæ Mæoniæ in Aſia.
Nacri campi ſunt in Gallia ciſalpina.
Nactabutæ Ptolemæo populi ſunt Aphricæ.
Nagana metropolis ciuitas eſt in Arabia fœlici.
Magantha Ptolemæo ciuitas eſt in Aethiopia.
Namarini, populi ſunt Galliciæ conuentus Lucenſis.
Namnetæ, populi ſunt Galliæ Lugdunenſis.
Nanda Ptolemæo ciuitas eſt in Media regione.
Nanoſbes, populi ſunt Libyæ interioris.
Naneſſus, ciuitas eſt Ptolemæo in Cappadocia.
Nantuates, populi ſunt Alpini Cæſari in com.
✤ Naparos fluuius eſt in Iſtrum defluens. Herod. lib. iiij.
Napæ Straboni ciuitas eſt in Locride regione.
Napegis, villa eſt Ptolemæo in Arabia fœlici.
Napite, ciuitas eſt Italiæ, vnde ſinus Napitinus.
Napuca Ptolemæo ciuitas eſt in Dacia.
Nar. fluuius eſt in Tyberim fluens.
Nar, Pomponio fluuius in Adriam deſinens.
✤ Nar flu. Liburniæ. Põ. Nar (inqt) inter Pyreos & Libur-
Narabon Ptolc. oppidũ in Germania magna. (nos fluit.
✤ Narane Dalmatiæ eſt flu. ab Epidauro. C. mille paſſuum
Narangara eidem oppidum Numidiæ nouæ. (diſtans.
Naracuſtoma oſtium eſt Hiſtri fluminis.
Narbaſi Ptolemæo populi ſunt in Hiſpania.
✤ Narbaſis vrbs eſt æſtuaria in Hiſpania.
Narbaſorum forum Ptolemæo ponitur in Hiſpania.

Narbo, Colonia eſt prouinciæ Narbonenſis.
✤ Narbona Diod. lib. vi, Colonia eſt Romanorum.
✤ Narbonenſis à Narbona deductum. Cicer. ij. de Ora.
✤ Narbona Colonia Ptolemæo in Dalmatia.
Narbonenſis prouincia, quæ alio nomine Gallia bracata.
Narbonenſes quoq; Plinio populi ſunt Calabryæ.
Nardinium, oppidum eſt eidem in Hiſpania.
Nareſij, populi ſunt in Liburnia à Nare fluuio.
Nariandos, oppidum eſt Cariæ regionis.
✤ Naricia inſula eſt in Ionio, regnũ Vlyßis. vnde Naricius
Nariti Ptolemæo populi Arabiæ fœlicis. (Vlyſſes.
Narnia, ciuitas eſt Vmbriæ in Italia.
Narnienſes, populi ſunt eiuſdem Narniæ.
Narycium, oppidum eſt Locridis regionis.
Nariſci, populi ſunt eiuſdem regionis.
Naron fluuius eſt Ptolemæo in Dalmatia.
Narona, ciuitas eſt & Colonia in Liburnia. (tur.
✤ Nars à Narnia ꝑ Narniẽſis, ĩ marmoreis monumẽtis legi-
Narthacium, oppidum Theſſalorum in Macedonia.
Narthecuſa Plinio inſula eſt prope Rhodum.
Naſamones, populi ſunt prope Syrtim maiorem.
Naſauat, fluuius eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Naſci, populi ſunt Ptolemæo in Sarmatia Europæ.
Naſcici cognominati ſunt Calagurritani.
Naſium, oppidum eſt Leucorum in Gallia belgica.
Naſunia, ciuitas eſt in Sarmatia Aſiatica.
Natembes, populi ſunt Libyæ interioris.
✤ Natho inſula eſt, quæ Proſopitis vocatur. Herod. lib. ij.
Natabudes, populi ſunt Aſiæ proprie dictæ.
Natiſo. onis. fluuius eſt Venetiæ regionis.
✤ Nauæi fluuij oſtium in Britannia quoq; eſt eidem autori.
Nauæus Ptolemæo fluuius eſt in Britannia.
Nauari, Ptolemæo populi ſunt in Sarmatia Aſiatica.
Nauari, populi ſunt eidem in Sarmatia Europæ.
Naualia Ptolemæo ciuitas eſt in Germania magna.
Naubarum, oppidum eſt iuxta Mæotidem lacum.
Naucratis, oppidum eſt Aegypti celebre.
Naucratites nomos, præfectura eſt in Aegypto.
Naucraticum oſtium, vnum eſt ex ſeptem Nili.
Nauia fluuius eſt inter Aſtures & Callaicos.
Nauilubio. onis. fluuius eſt Galliciæ.
Naulochos, oppidum Thraciæ eſt Plinio.
Naulocum, oppidum eſt eidem Plinio in Ionia.
Naulocum, oppidum eſt eidem in Phocide.
Naumachos Plinio inſula eſt prope Cretam.
Naunes, populi ſunt Alpium incolæ.
Naupactum ſiue Naupactus, oppidum eſt in Aetolia.
Nauplia Ptolemæo Nauale eſt in ſinu Argolico.
Naupontus fluuius non longe ab Alpibus.
Naurus Straboni ciuitas eſt in Theſſalia.
✤ Nauſathemõ, portꝰ Phoceæ vrbis ĩ ſinu maris iſimo. Her.
✤ Nauſathemon à re (inqt) appellatur, qa ingẽtẽ vim nauium
Nauſtathmos Plinio portus eſt Siciliæ. (capit.
Nauſtathmon, promontorium eſt Cyrenaicæ.
Naxos, inſula eſt vna ex Cycladibus in Aegeo.
✤ Naxos in Sicilia, quæ poſtea Taurominia dicta. Sol. ca. xij.
✤ Naxos. Herod. & Diod. Strongyle dicta eſt prius.
✤ Naxos appellata eſt Dia & Dionyſia Verg.
Naxos dicta Dionyſia Pli. à vinearum fertilitate.

Naxij,populi ſunt in Sicilia inſula.
Naxuana Ptolem.ciuitas eſt Armeniæ maioris.
Nazaba ciuitas eſt Apamenæ regionis in Syria.
Nazada.ciuitas eſt Ptolem.in Media.

N. ANTE E.

Nea.inſula eſt una ex Cycladibus in Aegæó.
Neandros.oppidum eſt Aeolidis regionis.
Neapolis.oppidum eſt Italiæ in Campania.
Neapolis.oppidum eſt Thraciæ uel Macedoniæ.
Neapolis.oppidum eſt in Caria.Pli.libro.v.
Neapolis Ptolem.oppidum eſt Sardiniæ.
Neapolitanæ aquæ.in eadem ſunt Sardinia.
Neapolis Ptolem.ciuitas eſt Colchidis.
Neapolis.ciuitas eſt Gallatiæ in finibus Piſidiæ.
Neapolis.oppidum eſt Paleſtinæ in Sarmatia.
Neapolis.oppidum eſt Gadibus inſula.
Neapolitanus.a.um.res pertinens ad Neapolim.
Neampaphus,id eſt,Paphos in Cypro inſula.
Nebis Straboni fluuius eſt Galliciæ.
Nebriſſa.oppidum eſt Bæticæ inter Aeſtuaria.
Nebrodes Solino mons eſt in Sicilia inſula.
Nechesia,ciuitas eſt in finibus Aegypti ad orientem.
Necla.ciuitas eſt Ptolem.in Arabia petrea.
Necropolis Straboni ciuitas eſt in Aegypto.
Nectiberes.populi ſunt Mauritaniæ tingitanicæ.
Neda ſiue Nedia Straboni ciuitas eſt Peloponneſi.
Nedinum Ptolem.ciuitas eſt in Liburnia.
Nedinates.populi Nedini oppidi incolæ.
Nee.oppidum eſt Plinio Troadis regionis.
Neetum Ptolem.oppidum eſt in Sicilia.
Neethus Straboni oppidum eſt in Italia.
Negenta opp.eſt Aphricæ inter Bragadã & Tritonem.
✤ Neitæ portæ Thebarum.Aldus in Papinium multa.
✤ Neius.mons eſt Ithacæ Homerus primo.ij.Ili.
Nelaxa.ciuitas eſt Bataneæ regionis in Syria.
Nelo.fluuius eſt Galliciæ in Hiſpania.
Nemaloni Plinio populi ſunt in Alpibus.
Nemauſum opp.prouinciæ Narbonenſis.
✤ Nemauſenſis.e.quod ad Nemauſum ſpectat.
Nemanturiſta.oppidum eſt Hiſpaniæ Ptolemæo.
Nemee.ciuitas eſt Peloponneſi mediterranea.
Nemeæa.regio eſt Arcadiæ in Peloponneſo.
✤ Nemeæus.a.um.quadriſyllabũ.res ad Nemeen pertinens.
✤ Nemeæi ludi in Archemori honorẽ in quib⁹ uictores apio (coronabãtur.
✤ Nemaloni.populi ſunt Alpini.Plin.li.iij.
Nemeoſij.populi ſunt in Gallia Aquitaniæ.
Nemeti.populi ſunt in Gallia Belgica.
Nemeturi Plinio populi ſunt Alpini.
Nemetatores Ptolem.populi ſunt Hiſpaniæ.
Nemetobrica eidem opp.eſt Hiſpaniæ.
✤ Nemoſynon,uilla Libycæ nomi Ptolem.in Aegypto.
Nenſa Ptolem.oppidum eſt in Aphrica.
Neocæſarea.ciuitas eſt in Cappadocia Ptolem.
Neodunium.oppidum eſt Galliæ Lugdunenſis.
Neoga.oppidum Aſturum in ora maritima.
Neogyla Ptolem.nauale in Arabia fœlici.
✤ Neomagus.oppidum Nemetorum in Gallia belgica.
Neomagus Ptolem.oppidum eſt Britanniæ.
Neomagus opp.eſt quoq; Galliæ Lugdunenſis.
Neomagus Ptol.oppidum eſt Tricaſtinorũ.
Neon Straboni oppidum eſt in Theſſalia.
Neonthicos Plinio opp.eſt Aeolidis regionis.
Nephelis.ciuitas eſt Leontidis Thraciæ in Cilicia.
✤ Nepeta Pto.oppidũ in Thuſcia mediterranea.
Nepete.l.Nepita opp.eſt Hetruriæ, ꝑ quo Nepe legitur.
✤ Nepetos Diony.Hali.appellat opp.idem.
✤ Nepet.oppidi Italici nomen indeclinabile.Priſcianus.
✤ Nepita in aliquibus codicibus habetur,pro Nepete.
Nepeſini non Nepetini á Nepete dicuntur.
Neptuni aræ Ptolem.ponuntur in Numidia.
Neptuni templum Ptolem.eſt in Caria.
Neptuni delubrum,in Iſthmo Corinthiaco.
✤ Neptuni lucus in Bœotia.ex.ij.Illiados.
✤ Neptunius mons eſt Siciliæ Solino.cap.xij.
Nequinum.ciuitas Italiæ,quæ poſtea Narnia.
✤ Nequinates Narnẽſes (inquit Feſtus) á Nequino.
Neretum.oppidum Salentinorumq; mediterraneum.
✤ Neretum.oppidum eſt Calabriæ in Salentis.
✤ Neretũ an Veretũ ex Stra.Oui.Salentinumq; neretum.
Neretini.populi ſunt Hirpinorum in Italia.
Neri.populi ſunt Galleciæ regionis in Hiſpania.
✤ Nericos opp.eſt Ithacæ.Noritos uero mons.Al.
Neriæ.populi ſunt Galliciæ cognomine Celtici.
Nerigos.inſula eſt ſeptentrionalis ad Thulen.
Neriphos.inſula eſt non longe á Cherſonneſo Thraciæ.
Neritos.inſula quoq; eſt in ſinu Ionio.
✤ Neritos.urbs quoq; eſt in in Ithaca inſula.Strab.
Neritos,quæ poſtea cognominata eſt Leucadia.
Neritum.mons eſt Ithacæ inſulæ omnibus.
✤ Nericius,a.um á Nerito.Nericus.a.um.Ver.
Nerium.promontorium in finibus Galliciæ.
Neronis forum.oppidum Galliæ Narbonenſis.
Nertobriga Ptolem.oppidum eſt Hiſpaniæ.
Nerulani.oppidum Latij iuxta Romam.
Nerulum.oppidum Lucanorum in Italia.
Nerulonenſes.populi á Nerulo cognominati.
Nerua.fluuius eſt Hiſpaniæ citerioris.
Nerueſia.uicus eſt Aequiculorum in Italia.
Neruij ſiue Neruſij.populi ſunt Galliæ belgicæ.
Neſiotis.regio eſt in Sarmatia Aſiatica.
Neſium ſiue Neſos.oppidum eſt in Euboea inſula.
Neſis.inſula eſt Adiacens Campaniæ.
Neſonis quondam dicta,quæ poſtea Theſſalia.
Neſonius lacus eſt Straboni in Theſſalia.
✤ Neſos ſiue Neſus.oppidũ eſt Euboeæ.Pomp.lib.ij.
Neſſus.oppidum quod in Thracia ponitur.
Neſtus.fluuius eſt Thraciæ ſiue Neſſus.
Neſum Ptolem.oppidum eſt in Myſia ſuperiori.
Neſus nomos & Metropolis in Agypto.
Neſua Pomponio fluuius eſt Cantabrorum.
Neſus ſiue Neſos Pomp.oppidum eſt in Euboea.
Netaleuſa Straboni ciuitas eſt in Theſſalia.
Netindaua Ptolem.ciuitas eſt in Dacia.
✤ Netij.populi ſunt Italiæ in Alpes.Sempronius.
Neuri ſiue Neuræ.populi ſunt ijdem qui Neruij.
✤ Neuroe pro Neuri.lege neuri ſupra.
Neuris.ipſa regio eſt Neurorum populorum.

N. ANTE I.

✤ Niæ.fluuij oſtiũ in ſinu Heſperio Libyæ interioris.Pto.
Nias Ptolem.fluuius eſt in Syria.
Niara Ptolemæo.ciuitas cyrrheticæ regionis in Syria.
Nibis Ptolemæo oppidum eſt in Hiſpania.
Nicea.oppidum eſt Ponti ſiue Bithynniæ.
Nicea Straboni ciuitas eſt Locridis regionis.
Nicea.oppidum in confinio Italiæ & Galliæ.nunc Niça.
Nicea Straboni ciuitas eſt Indorum.
✤ Nicea.ciuitas in India ab Alexandro cõdita.Trogo.
Nicea.ciuitas quoq; eſt in Corſica inſula.Diod.
✤ Nicenſis.e.quod ad Niceam urbem pertinet ſiue ꝓuinciam.
Nicephorium.ciuitas eſt Meſopotamiæ.
Nicij Ptolem.populi ſunt in Aegypto.
Nicia.fluuius eſt in Padum amnem defluens.
Nicomedia.ciuitas eſt Ptolem.in Ponto.
Nicomedienſis fecit Hieronymus á Nicomedia.
Nicopolis Ptolem.ciuitas eſt in Thracia.
Nicopolis.ciuitas eſt Ciliciæ mediterranea.
Nicopolis Ptolem.ciuitas eſt Armeniæ minoris.
Nicopolis.ciuitas Epiri in Actio promontorio.
✤ Niga.ciuitas eſt Ptolemæo in Albania.
Nigbeni Ptolem.populi ſunt in Aphrica.
Niger fluuius,qui græce Melanos in Thracia.
✤ Niger fluuiꝰ.cuiꝰ Nilus eſt naturæ in inferiore Aphricà.
Niger ſiue Nigris.fluuius eſt Mauritaniæ. (Mart.
✤ Nigires.fluuius eſt Ptolemæo Libyæ interioris.
Nigitini Ptolem.populi ſunt Aphricæ.
Nigra Ptolem.ciuitas eſt Libyæ interioris.
Nigri lapidis dorſum.mons eſt in Aegypto. (rioris.
✤ Nigrimons.Pli.mons eſt in Cyrenaica parte Aphricæ inte
Nigrite Pomponio & alijs,populi ſunt Aethiopiæ.
Nigritis palus Ptolem.eſt in Libya interiori.
Niguza.eidem Ptol.oppidum eſt Mediæ.
Nilus.fluuius eſt Aegypti,antea Melo dictus.
Nilis.idis palus eſt,quam Nilus fluuius facit.
✤ Nilo.onis.mons eſt Indorum Solino cap.lx. (ctus.
✤ Nilometriũ.puteꝰ eſt in Nili ripa ex integro lapide cõſtru
✤ Nilotis á Nilo Luc.qđ nilotis acus cõpreſſit pectine ſerũ.
Nymphara.inſula eſt adiacens Sardiniæ.
Nymphæus ſpecus Pomponio.
Nymphæa Plinio inſula eſt prope Samum.
Nymphæa.inſula dicta eſt,quæ poſtea Co.
Nymphæus Plinio mons eſt Pthiotidis regionis.
Nymphæum.promontoriũ eſt Plinino in Liburnia.
Nymphæũ.promontoriũ Plinio in Macedonia.
Nymphæum.oppidum eſt ad Mæotidem paludem.
Nymphæus.fluuius eſt antiqui Latij.
Nymphæus Pto.portus eſt in Sardinia inſula.
✤ Nina,urbs quã condidit Ninus,ſiue Amazones.Hero.li.iij.
Ninus.oppidum eſt in regione Aſſyria. (& iiij.
Ninus Plinio fluuius eſt in regione Caria.
Ninica.ciuitas eſt mediterranea in Cilicia.
Niobe.fons eſt Peloponneſi Plinio.
Nioſſum.oppidum eſt Ptolem.in Sarmatia.
Niphates.portio eſt montis Tauri.
Niphates.ciuitas eſt & fluuius Armeniæ.
Niphabanda Ptolemæo ciuitas eſt in Media.
Nipſæi Herodoto populi ſunt Thraciæ.
Nyſa Ptolem.ciuitas eſt minoris Armeniæ.
Nyſa eidem Ptolem.oppidum eſt Licyæ.
Nyſa eidem Ptolem.oppidum eſt Cariæ.
✤ Nyſa.ciuitas minoris Armeniæ in p̄fectura Muriana.Pto.
Nyſa Straboni & Papinio in qua regnauit Nyſus.
Nyſa.mons & urbs in India á Baccho dicta.
✤ Nyſa opp. eſt Bœotiæ,immo Niſſa.Homer.ij.Iliad.Verg.
✤ Nyſa opp.fœlicis Arabiæ. Luc. Bacchũq; auertere Nyſa.
✤ Nyſæus.a.um.Idem in.xiij.in qua Nyſæus Hydaſpes.
✤ Nyſæides á Nyſa oppido Arabiæ.Oui.Nymphæ Nyſæides
Nyſæ.arum.Stephano oppidum eſt Thraciæ. (antris.
Nyſæa.ciuitas eſt Megaridis in Achaia.
Niſij.populi ſunt indorũ cognominati à Nyſa.
✤ Nyſiada.inſula eſt quæ Naxos.Diod.lib.vi.
Nyſibis.ciuitas eſt Syriæ Meſopotamia. (potamia.
✤ Nyſibis ciuitas hæc in ſacris literis Achar.Pto.in Meſo-
Nyſſyros an Nyſerus. Straboni inſula eſt in ora Cariæ.
Niſirij.populi ſunt Cariæ ſub Arthemiſia.
Niſiues.populi ſunt Aphricæ proprie dictæ.
Nitria.ciuitas eſt Aegypti,unũ Nitrites præfectura.
✤ Nitrites nomos Aegypti.Plinius libro.v.
Nitriotæ Ptolem.populi ſunt Nitriæ incolæ.
Niuaria.inſula eſt una ex fortunatis Ptole.& Sol.
Niuomagus.oppidum eſt Ptolem.in Aquitania.
Niuonium eidem Ptolem.in Myſia inferiori.

N. ANTE O.

Noænij Plinio populi ſunt Siciliæ inſulæ.
Nobana.oppidum eſt Piceni in Italia.
✤ Nobila.oppidum eſt Hiſpaniæ.Liuius.lib.xxxv.
Noeas Herodoto fluuius eſt Thraciæ regionis.
Noega.ciuitas eſt Aſturum maritima.
Noela.oppidum eſt Galliciæ in Hiſpania.
Nola.Colonia eſt Campaniæ in Italia.
Nolanus ſiue Nolenſis á Nola ciuitate.
Nomades.populi dicuntur,qui exercent pecuaria.
✤ Nomades in Aphrica Numidia.Sol.cap.xxxiiij.
Nomades ſcythæ.populi ſunt ſeptentrionales.
Nomades Numidiæ.populi ſunt Numidiæ.
Nomades Indi.populi ſunt in India.
Nomas.fluuius eſt ſeptentrionalis Flacco.
✤ Nomas.adis. á prædictis populis. Ver.Hic nomadũ genꝰ.
Nomentum oppidum Latij prope Romam.
Nomentanus.a.um.res ad Nomentum pertinens.
Nomentana uia,quæ ab urbe tendit Nomentum.
Nomiſterium.oppidum eſt Ptolem.in Germania.
Nonacris.mons eſt in Arcadia celebris.Pli.
Nonacrius.a.um.res ad hunc montem pertinens.
Nonagria uocabatur,quæ poſtea dicta Andros.
✤ Nora.ciuitas eſt Ptolem.in Sardinia.
Norba Cæſarea,Colonia fuit Luſitaniæ in Hiſpania.
Norbenſis ſiue Norbani,ab hac Norba dicti.
Norbe.oppidum Latij Plinio quod interijt.
Norbani.Italiæ populi ab hac urbe dicti.
Noreia.oppidum Tauricorum in Gallia Ciſalpina.
Norenſes ſiue Noritani.populi ſunt Sardiniæ.
Noricum.regio Macedoniæ contermina Dalmatiæ.
Norici,populi ſunt eiuſdem regionis.
✤ Norion.una eſt ex inſulis fortunatis.Sol.cap.lxv.
✤ Noritani.populi ſunt Ptolemæo in Sardinia.
Norme.Toparchia eſt Iudææ Paleſtinæ.

Noſalena Ptolem.ciuitas eſt Armeniæ minoris.
Noſcopium.oppidum eſt regionis Licyæ.
Noti cornu promontorium Aegypti in Barbarico ſinu.
Notium.promontorium eſt Ptolem.in Hibernia.
✤ Notiũ.oppidum Ioniæ ubi Clarij Apollinis fanum.
Noua Auguſta.ciuitas eſt Ptol.in Hiſpania.
Noua mœnia opp.eſt eidem in Sarmatia.
✤ Nouariſti,populi ſunt Ptol.in Germania magna.
Nouatum ſiue Nouacum.promontorium eſt Hiberniæ.
✤ Nouantũ,promontoriũ idem qđ nouatũ & nouacũ, itaq; (uariat.
Nouale ſiue Nouſa.ciuitas Myſiæ inferioris.
Nouidunũ.oppidum eſt in Pannonia ſuperiori,Pto.
Nouaria.ciuitas eſt inſubrium trans Padum.
✤ Nouiodunum opp.Heduorum Cæſari commen.
✤ Nouiodunum opp.eſt Sueſſi onũ.Cæſ.quoq; in com.
Nouiodunũ idem in Myſia inferiori.Nuiodinũ opinor.
Nouium.oppidum eſt Ptolem.in Hiſpania.
Nouius fluuius eſt Ptolem.in Britannia.
✤ Nouij fluuij oſtium Ptol.quoq; in Britannia.
Nouocomum oppidum eſt Italiæ Plinij patria.
✤ Nouocomẽſis.e.á Nouocomo,vñ Euſebius Nouocomeſis.
Nouem populonia regio eſt Aquitaniæ Galliæ.
✤ Nouus portus Pto.ponitur in Britannia.

N. ANTE. V.

Nuæſium Ptolem.oppidum eſt Germaniæ.
Nuba Ptolem.palus eſt Libyæ interioris.
Nubæ.populi ſunt eidem in Aethiopia Aegypti.
Nubi Ptolem.populi ſunt Libyæ interioris.
Nuceria Ptolem.ciuitas Apulorum eſt.
Nuceria Ptolemæo ciuitas eſt Vmbrorum.
Nuceria Plinio & alijs ciuitas Campaniæ.
Nuceria Ptolem.ciuitas eſt in Gallia Togata.
Nucerini.populi dicti ab his Nucerijs.
✤ Nuceria colonia Picentinorum eſt in Italia.Pto.
✤ Nucerin⁹ ager abluẽte Samo amne eſt in ora Campaniæ.
Nuchul fons eſt unde Nilus erumpit Pomponio.
Nucranum Ptolem.oppidum Myſiæ inferioris.
Nuditanũ Plinio oppidum eſt Bæticæ.
Nuegerra.oppidum eſt Ptolem.Galliæ Belgicæ.
✤ Nuetini populi ſunt in Cãpania á Tyberi in Sardũ. Cato.
Nugitini Ptolemæo populi ſunt.Aphricæ.
Nudunum Ptolem.oppidum eſt Myſiæ inferioris.
Nulus Ptolem.fluuius eſt Libyæ inferioris.
Numana.opppidum eſt Piceni in Italia.
✤ Numãtia ĩ Tarraconẽſi clariſſ.nũc eſt Cæſarauguſta. Pto.
Numantia.ciuitas eſt Celtiberorum in hiſpania.
Numantini.populi ſunt eiuſdem ciuitatis incolæ.
✤ Numantinus.a.ũ.á Numãtia,ũñ bellũ Numantinum.
Numicius.fluuius eſt Latij ueteris.
Numidia.regio eſt late patens in Aphrica.
Numidia noua diſtinguitur eidem á ueteri.
Numidæ populi ſunt utrinſq; Numidiæ.
Numidicus ſinus dicitur,qui adiacet Numidiæ.
Numeſtrani.populi ſunt Lucaniæ in Italia.
Numiſtrum oppidũ eſt Brutiorum mediterraneũ.
Nuroh opp.Aphricæ inter Bragadã & Tritonem.
Nurſia Ptolem.populi orientales Sabinis.
✤ Nurſia opp.Italiæ á Plinio in quarta Italiæ regione poni- (tur.
Nurſini Plinio populi ſunt Sabinorum.
✤ Nurſinus.a.ũ.Mart.Nurſinas poteris parti⁹ eſſe Napas.

¶ De incipientibus ab.O.litera.

OAſis parua & Oaſis magna.urbes ſunt ad Caſium.
Oaſitæ.populi Aegypti ab utraq; dicti.
Oaxes.ciuitas eſt Cretæ inſulæ.Vergilio flumen.
Obæra.ciuitas eſt Ptolemæo in Arabia deſerta.
Obila Ptolomæo ciuitas eſt Hiſpaniæ.
Obilæ eidem populi ſunt in Aegypto.
Obana eidem Ptolem.ciuitas eſt Aſſyriæ.
Obolium Plinio oppidum eſt Myſiæ inferioris.
Oboca Ptolem.fluuius eſt Hiberniæ inſulæ.
Obraca Ptolem.ciuitas eſt in Arabia fœlici.
Obrica.oppidum eſt Bardulorum in Hiſpania.
Obrima.fluuius eſt in Mæandrum cadens.
Obrigina Ptolem.fluuius eſt Galliæ belgicæ.
Obris.fluuius eſt in prouincia Narbonenſi.
Obſicella Straboni oppidum eſt Cantabriæ.
Obucula ſiue Obulco.oppidum eſt Bæticæ.
Obulenſij.populi ſunt in Myſia inferiori.

O. ANTE. C.

Oca Straboni ciuitas eſt Indorum.
Ocalea oppidum eſt regionis Bæticæ.
✤ Oceanida,ciuitas eſt inſulæ Arabiæ.Diodorus lib.vi.
Oceanus.mare eſt quod circuit totam terram.
✤ Ocean⁹ ſeptẽtrionalis,q & glacialis & ſcythicus d'r.
✤ Ocean⁹ ſeptẽtrionalis á Cymbris Marimaruſa uocatur.
✤ Oceanus & Cronios,id eſt,Saturn⁹ & Necros.i.mortuus
Ocelis Ptolem.emporium eſt in Arabia fœlici.
Ocelum Straboni & Cæſari oppidum eſt Alpinum.
Ocelum Ptolem.promontorium eſt in Britannia.
Ocelum duplex.oppida ſunt Ptolem.in Hiſpania.
Ocelenſes ab.Ocelo populi ſunt Luſitaniæ.
Ocelenſes alteri populi ſunt iuxta Durium fluuium.
Ocha Straboni mons eſt in Euboea.
Ochryi Straboni.populi ſunt in Theſſalia.
Ochus,fluuius eſt Bactrianorum omnibus.
Ocytis.inſula eſt Ptolemæo adiacens Britanniæ.
Ocra.oppidum eſt Carnorum quod interijt.
Ocra Straboni & Ptolem.ciuitas eſt Italiæ.
✤ Ocra.mõs eſt in una ex tribus portionib⁹ Alpiũ.Sempro.
Ocriculum eidem ciuitas eſt Vilumbrorum.
Octauiolca Ptolem.ciuitas eſt in Hiſpania.
Octapitarum.promontorium eſt in Britannia.
Octodurenſes Plinio populi ſunt Alpini.
Octopolis Ptolem.ciuitas eſt in regione Lyciæ.
Octulani Plinio populi ſunt in Latio ueteri.

O. ANTE. D.

Odagana Ptolem.ciuitas eſt Arabiæ deſertæ.
Odriates Pto.populi ſunt Pannoniæ ſuperioris.
✤ Odeſſa Solino locus eſt prope oppidum Patras.cap.xiiij.
Odeſſos.oppidum Thraciæ Straboni.
Odeſſos.ciuitas eſt in Myſia inferiori.
Odyſſia ſiue Vlyſſia.promontoriũ eſt Siciliæ.
Odoga Ptolem.ciuitas eſt in Cappadocia.
Odomantes.populi ſunt Plinio in Thracia.
Odrangili Ptolem.populi Libyæ interioris.
✤ Odryſes pop.ſunt Thraciæ.Hero.li.iiij.Sol.cap.xvij.
✤ Odryſius.a.ũ.Mar.Victor ab Odryſio redditur orbe deus.

Odryſe Plinio populi ſunt in Thracia.
Odryſius.a.um.pro eo quod ad Odryſas pertinens.

O. ANTE. E.

Oea.ciuitas eſt Plinio celebris in Aphrica.unde Oeenſis.
Oeenſes.populi ſunt Aphricæ inter duas Syrtes.
✤ Oea per.œ.nam per.æ.Aeenſis oppidum colchidis eſt.
✤ Oeagrus.fluuius pater Orphei,de quo naſcitur Ebrus.Ser.
✤ Oeagrius.a.ū.Verg.portans Oeagrius Ebrus. (didere:
✤ Oebalia d'r Tarētū q, Lacones duce Phalātho ī Italia cō
✤ Oebalius.a.um.p Tarentinus & Sabinus. Ouidius.
✤ Oebalius.a.ū.p Laconic⁹ ab Oebalia.de quo Martialis.
✤ Oebaliæ matres non leue nomen habent.
✤ Oebalia Laconia dictā ab Oebalo Tyndarei patre.
✤ Oebalius Phœbi culpa doloriq; puer.Auſo. Oebalius flos:
✤ Oebalides Iacynthus. Laberis Oebalide prima fraudate.
Oeanthe Plinio oppidum eſt Locrorum ozolarum.
Oeaſo duplex ponitur á Ptolemæo in Hiſpania.
Oechalia.oppidum Meſeniæ in Peloponēſo.
Oechalia altera oppidum in Euboea inſula.
Oechath Ptolem.ciuitas eſt Mauritaniæ tingi.
Oediopodia Plinio fons eſt in Bœotia.
Oemade Straboni populi ſunt in Theſſalia.
Oena ſiue Oenanda Ptolem.oppidum Lyciæ.
Oena.oppidum fuit in Attica regione.
Oenæi.Plinio populi fuerunt in Liburnia.
Oenades Straboni populi ſunt in India.
Oenanthia Ptolem.ciuitas in Sarmatia Aſiatica.
Oenare.inſula eſt contra Epheſum ſita.
Oenoa Straboni ciuitas eſt in Peloponneſo.
Oeniade.populi fuerunt in Arcarnania.
Oenoe.oppidum eſt mediterraneum in Achaia.
Oenoe.ciuitas Laconiæ in Achaia.Pto.
Oenoe.inſula,quæ poſtea dicta eſt Sicynius.
✤ Oenochonus.fluuius eſt Theſſaliæ in Penæū defluēs.Tor.
Oenone inſula.quæ poſtea dicta eſt Aegina.Pli.
Oenopia.inſula eadem eſt quæ Aegina apd' Ouid.
Oenopi.Straboni populi ſunt in Italia.
✤ Oenot.ciuitas Laaoniæ mediterranea in Pelopōneſi. Pto.
Oenotria.quondam dicta eſt pars Italiæ.
Oenotrij.populi fuerunt illius regionis.
✤ Oenotri⁹.a.ū.Sil.patiturq; ferox oenotria iura Carthago.
Oenotrides.inſulæ fuerunt illi regioni adiacentes.
Oenuſſa.inſula eſt Plinio in ſinu Aſineo.
Oenuſſa altera.inſula eſt prope Chion inſulam.
Oenunia Ptolem.ciuitas eſt in Parthia.
✤ Oeoroe.inſula eſt Aſopi filia.Herodotus lib.ix.
Oeſcus Ptolem.ciuitas eſt in Dacia regione.
Oeſcus eidem ciuitas eſt in Myſia inferiori.
Oeſyma ſiue Aeſyma.ciuitas eſt Thraciæ.
Oeſporis.uilla eſt Ptolem.ad Syrtem magnam.
Oeſeros.fluuius eſt Pamphiliæ regionis.
Oeta.mōs eſt Theſſaliæ ſiue Macedoniæ. (oetæo.
✤ Oetæus.a.um.Oui.Oetæas ſpernite flammas.Luc.Teq; ſub
Oetæus ſinus eſt Ptolem.Bœotiæ in Achaia.
Oetæi.populi ſunt eiuſdem montis incolæ.
Oeuraſius Straboni mons eſt Galliæ Celticæ.

O. ANTE. F. & G.

✤ Ofentina trib⁹ ab Ofente fluuio dicta eſt. (ponit Feſt.
✤ Ofentina, an ab Vfente, niſi q, in incipientibus ab o litera
Ogdanius Ptolemæo mons eſt in Aegypto.
Ogygia inſula eſt contra Lacinium promontorium.
✤ Ogygia.inſula eſt ubi regnauit Calypſo.Hom. (mediter.
✤ Ogygianū.una ex.iiij.colonijs.quas Ianus poſuit in Italia
✤ Ogygianū á ſuo noīe uocauit.nā Ian⁹ ogygi⁹. patria phœ·
✤ Ogygiana.regio eſt inter Senas & Aretiū. (nix fuit.
✤ Ogygianū opp.q, uulgo abſciſſa prima litera Gigianū d'r.
Ogyris.ciuitas eſt Ptolem.in Arabia fœlici.
Oglaſa.inſula eſt in mari Liguſtico prope Corſicam.

O. ANTE. L.

Olane.oſtium eſt unum Padi fluminis.q,poſtea Volane.
Olaphia.ciuitas eſt Ptolem.in Arabia fœlici.
Olarſo.oppidum eſt Hiſpaniæ prope Bardulos.
Olbaſa Ptolemæo ciuitas Ciliciæ regionis.
Olbaſa eidem Ptolem.ciuitas eſt Cappadociæ.
Olbaſa eidem.ciuitas eſt Piſidiæ in Pamphilia.
Olbia ſiue Olbiopolis.ciuitas eſt prope Boryſthenem.
Olbia Straboni & Ptolemæo ciuitas eſt Ponti.
Olbia Pomponio ciuitas eſt prouinciæ Narbonenſis.
Olbia Ptolem.ciuitas eſt in Sardinia inſula.
Olbianus portus eſt eidem in eadem Sardinia.
Olbia.ciuitas eſt in Ora maritima Pamphiliæ.
Olcades Liuio populi ſunt Hiſpaniæ.
Olchinium.quod antea Colchinium opp.Liburniæ.
Olcochites.ſinus eſt Ptolemæo in Numidia.
✤ Olearos inſula una ex cycladibus Pto. immo Oliaros.
Oleaſtrum.oppidum eſt Bæticæ conuentus Gadi.
Oleaſtrū.promontorium eſt Mauritaniæ Tingitanī.
✤ Oleatrum.ciuitas eſt Hiſpaniæ citerioris prope ſtagnum.
Olenon.oppidum eſt in Achaia proprie dicta.
Olenon.oppidum eſt in Aetolia regione.
Olenos.ciuitas eſt Achaiæ,quæ & Olena.
✤ Olenos.ciuitas eſt Tectoſagarum in Galatia.Ptol.
✤ Olibama.ciuitas eſt Armeniæ.
Olibar Ptolem.ciuitas eſt Meſopotamiæ.
Olibara eidem Ptolem.ciuitas eſt Meſopotamiæ.
Oligas eidem Ptolem.mons eſt in Galatia regione.
Olympi plures fuerunt montes in uarijs locis.
Olympus.mons eſt in Theſſalia omnibus.
Olympus Straboni mons eſt in Peloponneſo.
Olympus eidem mons eſt in Cypro inſula.
Olympus Plinio mons eſt in Leſbo inſula.
Olympus.mons eſt in Aſia proprie dicta.
✤ Olympus.mons eſt Gallo græciæ.Tor.
✤ Olympus Macedoniam diuidit á Thracia.Hig.
Olympus.ciuitas fuit in Lycia regione.
Olympini.populi ſunt eiuſdem Aſiæ.
✤ Olymp⁹.g.d'r omnis mons regionis altior.Xenophon.
✤ Olympus.mons eſt in Lycia.Plinius libro.xxi.
✤ Olympicus.a.um.quod ad Olympum ſpectat.
✤ Olympus.mons ad mare Rubrum,& in Myſia.Tor.
Olynæ Ptolem fluuius eſt in Britannia inſula.
Olynthus.ciuitas eſt Thraciæ omnibus.
Olintingi.oppidum eſt Pomponio in Bætica.
Olyros Straboni ſiue Oluros.ciuitas Bœotiæ.
Olyſſa Straboni ciuitas eſt in Creta inſula.
Olyſsipo.oppidum eſt celeberrimum Luſitaniæ.
Olyſsiponenſis.res ad Olyſsiponem pertinens.
✤ Olyſsiponenſe ꝓmontoriū eſt quod Artabran Solino.

Olliculani.populi ab oppido Latij,quod interijt.
Olme ſiue Olmos.oppidum eſt Ciliciæ.
Oloeſſa dicta eſt prius,quæ poſtea Rhodus.
Oloóſſon per.o.micron,Straboni oppidum eſt Theſſaliæ.
Olophyxus.urbs eſt iuxta Athon mõtem.Hero.lib.vij.
Olude Ptolem. populi in Sarmatia Aſiatica.
Olulis eidem Ptolemæo oppidum eſt Siciliæ.
Olulis altera eidem ciuitas eſt in Creta.
Oluros.oppidum Achaiæ in Peloponneſo.Pli.

O. ANTE. M.

Omanitæ Ptolem.populi ſunt Aarabiæ fœlicis.
Ombi Ptolem.ciuitas eſt in Aegypto.
Ombites nomos.præfectura eſt eiuſdem ciuitatis.
Ombræa Ptolem.ciuitas eſt Meſopotamiæ.
Ombrici et Ombriorũ regio,ex qua Carmis fluuiꝰ oritur.
Ombriona.inſula eſt una ex Canarijs.
Ombrones Ptol.populi in Sarmatia Europæ.
Ommanum eidem emporium eſt Arabiæ fœlicis.
Omphalium.ciuitas eſt Chaonum in Epiro.

O. ANTE. N.

Onæum.oppidum eſt Ptolem.in Dalmatia.
Onei Straboni populi ſunt in Attica regione.
Oncheſtos.oppidum eſt Bœotiæ Homer.ij.Illados.
Onchemus Straboni ciuitas eſt in Epiro.
Oncheſinus portus Ptolem.in eadem Epiro.
Oneſij Straboni populi ſunt in Aquitania Galliæ.
Onoballiſturia opp.Bæticæ poſt Anæ fluuij oſtiũ.Pli.
Onochonos.fluuiꝰ eſt Theſſaliæ Herodoto lib.vij.
Onenſes opp.eſt in Bœotia.Plinius libro.iiij.
Onias.fluuiꝰ & flu.oſtiũ in ſinu heſperio Lybyæ interioris.
Onij.ciuitas eſt Aegypti.Ptolemæus eſt autor.
Oningis.oppidum Bæticæ eſt Plinio lib.vij.
Oniſa.inſula eſt prope Cretam.Plinius.
Oniſaleuce(inquit)cõtra Itanũ ꝓmõtoriũ Cretæ eſt.
Oones.inſulæ Occeani ſeptentrionales.Sol.
Onoba.oppidum eſt Bæticæ,unde Oſſonoba.
Onos inſula eſt,quæ dicta Cheratia Plinio lib.iiij.
Onugnathos.i.maxilla Aſini, promontorium Peloponneſi.
Onugnatos.oppidum eſt in Aſia proprie dicta.
Onuphus.ciuitas eſt Ptolem.in Aegypto.
Onuphites nomos.præfectura eſt eiuſdem ciuitatis.

O. ANTE. P.

Opeſcena Ptol.ciuitas eſt in Thracia.
Opeſos ꝑ Odeſſos.Ouid. Meta.lege ſupra Odeſſos.
Ophiades.inſula eſt ad ſinum Arabicum.Herod.lib.iiij.
Ophie Pto. populi ſunt in Libya interiori.
Ophiogenæ.populi ſunt iuxta Helleſpontũ.Pli.lib.vij.
Ophiophagi.i.ſerpentibus ueſcentes in Arabia.
Ophiones.populi ſunt in Sarmatia Europæ.
Ophiuſa.oppidum eſt quod poſtea dictum Tyra.
Ophiuſa.inſula eſt Plinio nõ longe á Creta.
Ophiuſa inſula eſt,quæ poſtea dicta Rhodus.
Ophiuſſa ad põtum.Flac.gelidus pollẽs Ophiuſſa uenenis.
Ophiuſſa inſula eſt,quæ poſtea dicta Tenos.
Ophiuſa Ptolem.ciuitas eſt in Hiſpania.
Ophiuſa.inſula eſt adiacens Hiſpaniæ.
Ophiuſus.a.um.Ouid.Ophiuſaq; arua parabit.
Opici Straboni populi in Sarmatia Europæ. (cordiæ.
Opimia baſilica romæ ꝓpe ſenaculũ græcoſtaſin et ædẽ cõ

Opinum.oppidum eſt Mauritaniæ tingitanicæ.
Opinum eidem Ptolem.oppidum in Corſica.
Opini eidem populi ſunt in eadem inſula.
Opis.urbs eſt Herodoto lib.i.& Straboni.lib.xvi.
Opitergium.oppidum Venetæ regionis.
Opitergini montes Plinio ab Opitergio.
Opitergini.populi ſunt Tranſpadani.Flo. de bello ci.
Opois.entis.oppidum eſt Locrenſiũ.Homer.ij.Illiad.
Opone.emporium eſt Ptolem.in ſinu Barbarico.
Opótos.oppidum eſt regionis Decapoleos.
Oppidum eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Opus.opuntis.ciuitas eſt in Achaia.Ptolem.
Opus.untis.opp.Helladis.Ouid.Patroclus Opunta reliquit.
Opuntij.populi ſunt eiuſdem Achaiæ.
Opuntiꝰ.a.ũ.ab Opũte.Hor.dicat Opũtiæ frater Megillæ.
Opuntius ſinus,ab Opunte cognominatus.

O. ANTE. R.

Oracana.ciuitas eſt Ptolemæo in Media.
Orapachitis.regio eſt Ptolem.in Aſſyria.
Oratelli.Plinio populi ſunt in Alpibus poſiti.
Orba.ciuitas eſt in Aſſyria.& ibidem Orba altera.
Orbaduru.ciuitas eſt Ptol.in Aethiopia Aegypti.
Orbaleſena.regio eſt Ptolem.in Armenia minori.
Orbanaſa.ciuitas eſt eidem Piſidiæ in Pamphilia.
Orbelia.regio eſt in Macedonia Ptolemæo.
Orbelios Ptolem.regio eſt in Macedonia.
Orbelos.mons eſt Pæoniæ Herodoto lib.v.
Orbelos.mons eſt Myſiæ ſuperiori.Ptol.
Orbelos.mons quoq; eſt eidem in Thracia.
Orbiſena eidem regio eſt minoris Armeniæ.
Orbita Ptolem. oppidũ Aphricæ ſub Adrumento.
Orbitæ eidem Ptolem.populi ſunt Siciliæ.
Orcelis Ptolem.oppidum eſt in Hiſpania.
Orcelis altera eidem ciuitas eſt in Thracia.
Orchás.adis.Ptolemæo promontorium eſt in Britannia.
Orchades.inſulæ ſunt ultra Britanniam.
Orcheni Pto. populi ſunt Arabiæ deſertæ.
Orchoa.Ptolem.ciuitas eſt Babyloniæ regionis.
Orcia eidem Ptolem.ciuitas eſt Hiſpaniæ.
Orcynius mõs Leſbi eſt.Hermo.in.ij.Pli.æditionẽ.lib.v.
Orchomenós Plinio ciuitas eſt Arcadiæ.Vnde Orchomenũ oppidum quondam ditiſſimum,& Orchomenius. a.um.
Orchomenós Plinio fluuius eſt Theſſaliæ.
Orchomenon eidem oppidum eſt in eadem.
Orchomenós.ciuitas mediterranea Bœotiæ in Achaia Pto.
Ordeſós.fluuius eſt in Iſtrum defluẽs Scythiæ.Hero.li.iiij.
Ordeſus Ptolem.& Plinio portus eſt Sarmatiæ.
Ordimus Plinio mons eſt Leſbi inſulæ.
Orduices Ptolem.populi ſunt in Britannia.
Oreates ſiue Oroates.portio eſt montis Tauri.
Oreges.portio eſt eiuſdem montis Tauri.
Oremi Ptolem.populi ſunt Galliæ Belgicæ.
Oreri germani Ptolem.populi ſunt Hiſpaniæ.
Oreſtæ.arum.colonia eſt in Macedonia.
Oreſtis.idis.regio eſt eiuſdem Macedoniæ.
Oretani.populi ſunt Hiſpaniæ citerioris. (Carthagi.
Oretani germani.Oretani baſtuli, populi utriq; conuentus
Oretæ ſiue Oritæ populi ſunt Indorũ.Plin.lib.vij.
Oreum.oppidum eſt Euboeæ inſulæ

Orga fluuius eſt in Marſiam amnem cadens.
Orgocyni populi ſunt Tauricæ regionis.
Orgos ſiue Orgōneſſos. Inſula eſt Italiæ adiacens.
Oricum Ptolem. ciuitas eſt Chaoniæ in Epiro.
Origenes ſiue Origeni. populi ſunt Galliciæ.
Orimagdus. fluuius eſt Ptolem. in Cilicia.
✤ Orimagdi. fluuij oſtium in Cilicia quoq; Pto.
✤ Orinæi. populi ſunt Sarmatiæ Aſiaticæ Ptol.
✤ Oriphæi uenatores, Ptolem. in Aethiopia Ægypti.
Oritanum Plinio oppidum eſt Euboeæ inſulæ.
✤ Oritæ an Oretæ, an utrumq;, lege ſupra in uerbo Oretæ.
Oryza. ciuitas eſt Palmyrenæ regionis in Syria.
✤ Ormius. fluuius in Aſia proprie dicta.
✤ Ormus. locus eſt prope Iolchon Diodoro lib. ix.
Orneon Ptol. inſula eſt in ſinu Barbarico.
Ornithon. oppidum eſt Phœnices regionis.
Orneæ. ciuitas eſt Straboni in Peloponneſo.
Oroatis Straboni ciuitas eſt in Suſiana regione.
✤ Orobellus. mons eſt Macedoniæ, an Orbellus Pli. lib. iiij.
Orobius. fluuius eſt in prouincia Narbonenſi.
✤ Orobij fluminis oſtium in prouincia Narbonenſi. Pto.
Orobium Ptolemæo oppidum eſt in Hiſpania.
✤ Oroma, ciuitas Almoporum in Macedonia Pto.
Oromandus. ciuitas eſt eidem Armeniæ minoris.
Oromenus Plinio mons eſt Indorum.
Oronda. oppidum eſt Piſidiæ in Cilicia.
✤ Orongis. oppidum eſt Hiſpaniæ. Liuius lib. xxviij.
Oronclici Ptolemæo populi ſunt Galatiæ.
Orontes. fluuius eſt Syriæ Antiochenæ.
Orontes Ptolemæo mons eſt in Media regione.
✤ Orōtæꝰ. a. ū. Prop. Aut quid orōtæa crinē pfundere myr
✤ Oropitæ populi ſunt Achaiæ ab oropito urbe. (rha.
✤ Oropitū in Pto. ponitur, & p ſyncopā Orpitum dr.
✤ Oropitum. p. mutata in. b. ptulit Deſideriꝰ in decreto excl
✤ Oropitæ Myrſiliꝰ inquit, Italiā Coluere. (ſo in lapide.
✤ Orpitum lege ſupra in uerbo Oropitum.
Oropus. ciuitas eſt in confinio Bœotiæ & Atticæ.
Oroſines Plinio fluuius eſt Thraciæ.
Oroſpeda. mons eſt Hiſpaniæ.
Oroſtane. ciuitas eſt in Euboea inſula. unde Pyrrha.
Orrhea Ptolem. ciuitas eſt in Britannia inſula.
Orrhea eidem ciuitas eſt in Myſia ſuperiori.
Orſa Ptolem. ciuitas eſt Armeniæ minoris.
Orſena eidem regio eſt in eadem Armenia.
✤ Tuſiatath, oppidum eſt Mauritaniæ Ptolemæo.
✤ Tuſſa quarta pars eſt Tetrapolis Hetruriæ.
Tuſicani, populi ſunt Vmbriæ in Italia.
Tutelæ ara Ptolemæo eſt in corſica.
Tuticum Ptolemæo oppidum eſt Samnitium.
Tutienſes Plinio ab oppido Latij, quod interijt.
Tutobrica ciuitas eſt Ptolemæo in Hiſpania.

¶ De incipientibus ab, V, litera.

VAbar, oppidum eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
✤ Vacca, op. Numidarū forū rerū venaliū celebre. Sol
✤ Vaccenſis. e. Sal. Vaccenſes fatigati regis ſupplicijs.
Vacca fluuius eſt Luſitaniæ in Hiſpania.
Vaccæi, populi ſunt Hiſpaniæ citerioris.
Vacamana Plinio oppidum eſt Bæticæ.
Vacontium oppidum eſt in Pannonia inferiori.
Varcomagi, populi ſunt Ptolemæo in Britannia.
Vacorium, populi ſunt eidem in Norico.

✤ Vada nomem retinet inter Volaterras & Piſas.
Vadata, ciuitas eſt in Cappadocia.
Vadias fluuius eſt in Hibernia inſula.
Vadaſsi, populi ſunt in Media regione.
Vadicaſſes, populi ſunt Galliæ Lugdunenſis.
Vafrie, quæ Accerræ oppidum eſt Latij, quod interijt.
Vaga. oppidum eſt Ptolem. in Aphrica.
Vageni. populi ſunt ligures Ciſalpini.
Vage. arum. oppidum eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Vagia, quæ Vacca, fluuius eſt Luſitaniæ.
Vagienſe. oppidum eſt Aphricæ proprie dictæ.
Vagoritum. oppidum eſt Galliæ Lugdunenſis.
Vagum. promontorium eſt in Corſica inſula.
Vala. oppidum eſt Mauritaniæ Tingitanicæ.
Valauni. populi ſunt Galliæ Aquitanicæ.
Valentia. oppidum eſt prouinciæ Narbonenſis.
Valentia. oppidum quoq; eſt in Mauritania.
Valentia. ciuitas quoq; eſt Hiſpaniæ citerioris.
Valentini. populi ſunt Hiſpaniæ citerioris.
Valeria. ciuitas eſt Ptolemæo in Sardinia.
Valeria. ciuitas eſt Ptolem. in Hiſpania.
Valerienſes populi ſunt ab utraq; Valeria.
Valeria uia celebris eſt in Italia.
Valetium. oppidum eſt Plinio in Calabrya.
Valina. oppidum eſt in Pannonia ſuperiori.
Valla Ptolemæo oppidum eſt in Thracia.
Vallæ. arum. ciuitas eſt Pieriæ in Macedonia.
Vallæi, populi ſunt Mediterranei Macedoniæ.
Valon, fluuius eſt Mauritaniæ Tingitanicæ.
Vama Ptolemæo ciuitas eſt in Hiſpania.
Vamicæda, ciuitas Mauritaniæ Cæſarienſis.
Vamacures, populi ſunt Aphricæ proprie dictæ.
Vamuitæ, populi ſunt in Gallia Aquitanica.
Vanacini, populi ſunt in Corſica inſula.
Vandali, populi fuerunt, qui inuaſerunt Europam.
Vanduara, ciuitas eſt in Britannia inſula.
Vannetes, populi ſunt Galliæ Lugdunenſis.
Varanius, fluuius eſt Venetæ regionis.
Vardanus, fluuius eſt in Sarmatia Aſiatica.
Vardæi, populi ſunt in Liburnia regione.
Varduli. populi ſunt Hiſpaniæ conuentus Clunien.
Varia, oppidum eſt Hiſpaniæ citerioris.
Varia Appula, oppidum eſt Appuliæ.
Varica, ciuitas eſt Iberiæ Aſiaticæ.
Varicum, oppidum eſt Aquitaniæ mediterraneum.
Varinates, populi ſunt Sabinorum in Italia.
Varinnæ. arum. populi ſunt Germaniæ.
Varſapa, ciuitas eſt Armeniæ minoris.
Varuaria ciuitas eſt in Liburnia regione.
Varus, fluuius terminus eſt inter Galliam & Italiam.
Varus Ptolemæo locus eſt in Hiſpania.
Vaſbaria, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis.
Vaſcones, populi ſunt Pirenæi montis accolæ.
Vaſentum, oppidum eſt Salentinorum in Italia.
Vaſſana, ciuitas eſt Mauritaniæ Ceſarienſis.
Vaſſari, populi ſunt Aquitaniæ.
Vaticanus, mons ſiue collis eſt in vrbe Roma.
✤ Vatican⁹ mōs Ro. à Iano Vaticano ſiue Vagitano dict⁹.
✤ Vaticanus dictus q̄ eo potitus ſit Po. Ro. Vatūreſponſo.

✿ Vaticanus & ager & deus agri præſes dicebatur à vatici-
Vaties Straboni populi ſunt Galliæ. (nijs..Gel.
Vatrenus,fluuius eſt in padum defluens.
Vatuca,caſtellum eſt in finibus Eburonum.

V ANTE B.

Vbata,oppidum eſt Aphricæ ſub Adrumento.
Vbi.orum.populi ſunt Galliæ belgicæ.
Vbiſci,populi ſunt Galliæ Aquitanicæ.
Vbris,ciuitas eſt Libyæ interioris.

V ANTE C.

Vca,ciuitas eſt Ptolemæo in Media.
Vccenni,populi ſunt Plinio in Alpibus.
Vcia ciuitas eſt Ptolemæo in Hiſpania.
Vcitanum maius & minus,oppida ſunt Aphricæ.
Vcultoniacum,quæ Turiga, oppidum eſt Beticæ.

V ANTE D.

Vdaceſpis oppidum eſt Armeniæ maioris.
Vdeni,populi ſunt in Arabia fœlici.Pto.
Vddita,oppidum eſt Aphricæ inter Syrtes.
Vdura,ciuitas eſt Ptolemæo in Hiſpania.

V ANTE E.

Veamini,populi ſunt Plinio in Alpibus.
✿ Veij.orum.ſiue Veientes,populi ſunt prope Romam.
Vectis,inſula eſt in Oceano Britannico.
Vectones,populi ſunt Hiſpaniæ citerioris.
Vedra fluuius eſt eidem in Britannia.
Vedui,populi ſunt Ptolemæo in Hiſpania.
Vegiates,populi ſunt in octaua Italiæ regione.
Vegium oppidum eſt Plinio in Illyrico.
✿ Veiens,ciuitas in Thuſcia , & veiẽs ager vbi de Tyberĩ
✿ Veiens,oppidũ eſt ab Enianis pelaſgis conditum. (Pli.
✿ Veiens ab ipſorum nomine Enianum appellatum eſt.
✿ Veiens poſtea Etruſco vocabulo Larthenianum dictum.
✿ Veientanus.a.um.à Veiento,vnde Veientanum vinum.
✿ Veilumbra vetuſta eſt Veiorum proles Catoni.
✿ Veilumbra itaq; dicitur,ideſt uera antiqua Vmbra.
Velabrum alueus,per quem fluebat Tyberis.
Velanis ciuitas eſt in Myſia ſuperiori.
Velauni,populi ſunt in Alpibus poſiti.
Velaunodunum,oppidum eſt Gallorum Senonum.
Velia Straboni ciuitas eſt in Aquitania.
✿ Velia op.Calabriæ æquæ prius Elea à paludibus dicta.
Velia Ptolemæo ciuitas eſt in Hiſpania.
Velia,oppidum Laconiæ in Italia.
Veliates,populi ſunt Lyguriæ Ciſalpini.
Velienſes,populi ab oppido Latij,quod interijt.
Velienſes,populi ſunt Hiſpaniæ citerioris.
Velinus lacus Plinio ponitur in Italia.
Veliterni,populi ſunt Italiæ à Velitris.
Velitræ.arum.ciuitas eſt in Italia Straboni.
Vellates,populi ſunt Galliæ Aquitanicæ.
Vellabori,populi ſunt in Hibernia inſula.
Vellegij,populi ſunt Lybiæ interioris.
✿ Vellia pars eſt collis Palatini montis Sempronio.
✿ Vellocaſſes,populi ſunt Galliæ Lugdunenſis Pli.
✿ Vellocaſſes inter populos Galliæ belgice ponit Cæſar i cõ.
Veltæ,populi ſunt in Sarmatia Europæ.
Veluca,ciuitas eſt Ptolemæo in Hiſpania.
Venafrum colonia eſt Romanorum in Cappadocia.
Venami,populi ſunt Galliæ Aquitanicæ.
Venaria Plinio inſula eſt in mari Thuſco.
✿ Vendelia,opp.eſt Ptolemæo in Hiſpania.
Vendenis,ciuitas eſt in Myſia ſuperiori.
Vendiatij,populi ſunt in Alpibus ſiti.
Vendum oppidum eſt iuxta Alpes poſitum.
✿ Veneca,ciuitas eſt Trocmorum in Galatia.
Veneca altera ciuitas eſt in Media.
✿ Venedici montes ſunt Ptolemæo in Sarmatia Europæ.
Venedicus ſinus Ptolemæo eſt in Sarmatia.
Veneria,quæ alio nomine dicta eſt NEBRISSA.
Veneris templum,quod nunc dicitur Cabo de cruz.
✿ Veneris portus vide an ſit Veneris templum.
✿ Veneti,populi ſunt Galliæ Lugdunenſis Plinio.
Venetia,regio eſt Italiæ decima.
✿ Venetiæ Pto.poſt Padi fluminis oſtiũ,& Venetiæ ciuitas
Venelli.populi ſunt Galliæ Lugdunenſis.
✿ Venelocaſij,populi ſunt Galliæ Lugdunenſis.
✿ Venelocaſij inter Arnios & Samnitas ponitur Pto.
Veneti populi ſunt Venetæ regionis incolæ.
Venetulani dicti ab oppido Latij,quod interijt.
Venetus lacus,quem fluuius Rhenus facit.
Venicium,oppidum eſt Ptolemæo in Corſica.
Venicones,populi ſunt eidem in Britannia.
Venmenſes,populi ſunt Hiſpaniæ citerioris.
Vennotes,populi ſunt Alpini in Rhoetia.
Venta,oppidum eſt Ptolemæo in Britannia.
Venta altera,oppidum eſt eidem in eadem.
✿ Venuſia,oppidum eſt Dauniorum Plinio.
✿ Vera colonia Thuſca,à qua Veronenſes dicti Cato.
Verbanus,lacus eſt Plinio in radicibus Alpium.
Verbibæ,populi ſunt Mauritaniæ Tingitanicæ.
Vercellæ.arum.oppidum eſt in regione Tranſpadana.
Verentum,oppidum eſt Salentinorum in Italia.
Venentani,populi ſunt Hetruriæ Plinio.
Vercttini,populi ſunt Hirpinorum in Italia.
Vereſtris,ciuitas eſt Straboni in Italia.
Verues,populi ſunt Mauritaniæ Tingitanicæ.
Verginius oceanus Pto.in Hibernia,eidem in Britannia.
Vergilia Ptolemæo ciuitas eſt in Hiſpania.
Verguni Plinio populi ſunt Alpini.
Vermius,mons eſt in Macedonia.Pto.
✿ Vero,fluuius eſt Celtiberiæ,à quo Verones populi dicti.
✿ Verona,ciuitas Venetiæ à Gallis cõdita duce Brenno.
✿ Verona prius dicta Berona,quã Athcſis fluuius interfluit.
✿ Veronenſes à Vera colonia dicti ſunt Cato.in Orig.
Veromandui,populi ſunt Galliæ belgicæ.
Verrucini,populi ſunt prouinciæ Narbonenſis.
Vertamacorus,pagus eſt Vocontiorum Plinio.
Vertine Straboni ciuitas eſt in Italia.
Vertobrige an Vertobrigis,opp.Plinio in Betica.
Veruini,populi ſunt Ptolemæo in Corſica.
Veruium promontorium eſt in Britannia.
Veruni,populi ſunt Galliæ belgicæ.
Verulani,populi ſunt Italiæ Plinio.
Verurium,oppidum eſt Ptolemæo in Hiſpania.
Veruſi,populi ſunt Alpium incolæ.
Veſaſpa,ciuitas eſt Ptolemæo in Media.
✿ Veſbius ſiue Veſeuus ſiue Veſuuius mons eſt Campaniæ.

✤ Veſbola oppidum eſt antiquum Italiæ. Dio. Hali.
Veſcetra, oppidum eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Veſci, populi ſunt Hiſpaniæ Plinio lib. iij.
✤ Veſebius uel Veſbius lege ſupra in verbo Veſbius.
Veſeuus ſiue Veſuuius mons eſt Campaniæ.
Veſionicates, populi ſunt Vmbriæ in Italia.
Veſontium oppidum eſt Galliæ belgicæ.
Veſones, populi ſunt eiuſdem Galliæ.
Veſſetini, populi ſunt Hetruriæ in Italia.
Veſtini, populi ſunt in quarta Italiæ regione.
Veſulus fluuius eſt ex Alpibus erumpens. Sol.
✤ Veſulus mons eſt Lyguriæ. Ser. in Verg. Aeneid. x.
Veſuna, oppidum eſt in Gallia Aquitanica.
Veſuni, populi ſunt Mauritaniæ Tingitanicæ.
✤ Veſuuius ſiue Veſeuius, lege ſupra in verbo Veſbius.
✤ Veterra quæ poſtea Aquiſgranum, op. Galliæ belgicæ.
Veteri Veliates, populi ſunt in octaua Italiæ regione.
✤ Vetia, ciuitas eſt in Illyride ſiue Liburnia.
✤ Vetilium, oppidum eſt Aphricæ Ptolemæo.
Vettiolum. oppidum fuit Vmbriæ quod periit.
Vettionenſes Plinio populi ſunt Vmbriæ.
Vetulonia. oppidum eſt Hetruriæ in Italia.
✤ Vetulonia. quarta pars Tetrapolis Hetruriæ ex Myrſilo.
Vetulonienſes. populi á Vetulonia dicti.
¶ Vfens. fluuius in Campania non longe á Tarracina.
¶ Vgia. ciuitas eſt Ptolemæo in Hiſpania.

V. ANTE. I.

Via. oppidum eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Via. fluuius eſt Ptolemæo in Hiſpania.
✤ Via ſacra Romæ fuerat, ubi poma uendebantur.
✤ Via conſularis, prætoria, Militaris, Regia. q. platea.
✤ Via oſtienſis Romæ. ubi ſepultus eſt Paulus. Hierony.
✤ Via triūphalis Ro. iuxta quā Petr⁹ Apo. ſepult⁹ i Vaticano
✤ Via latior in urbe platea d'r, ſicut anguſtior angi portus.
Viadus. fluuius eſt in Germania magna.
Viana. ciuitas aſt Ptolem. in Rhoetia.
Vibali. populi ſunt Bracarum conuentus.
Vibarnates. populi ſunt Hirpinorum in Italia.
Vibiones. populi ſunt in Sarmatia Europæ.
Vibon. oppidum eſt in Brutiorum peninſula.
Vibonenſis ſinus ab eodem Vibone oppido.
✤ Vibonia ciuitas eſt, quæ Valentia Straboni lib. vj.
Vicentia. oppidum eſt Venetæ regionis.
Vicenſes. populi ſunt Hiſpaniæ citerioris.
Victoriæ. portus eſt Iulio brigenſium Plinio.
Vicus. locus eſt Ptolem. in Rhoetia regione.
✤ Vic⁹ thuſc⁹ Romæ, ſic dict⁹ q. ibi Thuſci habitauerūt. Fe.
✤ Vic⁹ patrici⁹ Romæ, dic⁹ q. ibi patricij habitauere. Idem.
✤ Vicus iugarius Romæ fuerat, quia ibi fuit ara Iunonis.
✤ Vic⁹ ſcelerat⁹ Romæ, ubi Seruij fili⁹ patrē conculcauit.
Viducæſij. populi ſunt Galliæ Lugdunenſis.
Vienna. oppidum eſt Allobrogum in Gallia.
Vigiſonus. lacus eſt in agro Patauino.
✤ Viminalis mons eſt Romæ Catoni & Fabio pictori.
Viminatium. legio eſt in Myſia ſuperiori.
Vindelici populi ſunt Germaniæ & Vindelicus flu.
Vindinates eidem populi ſunt Vmbriæ in Italia.
Vindogamus. ciuitas eſt Galliæ Narbonenſis.
✤ Vinius. mōs eſt in Cātabria. Flo. de bello ſub Auguſto.

Virgao. quæ Alba, oppidum eſt Bæticæ.
Virgentum. quod Iulij genitor. oppidum Bæticæ.
Virgilienſes. populi ſunt Hiſpaniæ citerioris.
Virgitani. populi ſunt eiuſdem Hiſpaniæ.
Viribalum. opidum eſt Pto. in Corſica.
Viroconium. oppidum eſt Ptolem. in Britannia.
Viroueſca. oppidum eſt Hiſpaniæ citerioris.
Virunum. oppidum eſt Ptolem. in Norico.
Viruċinates. populi ſunt Alpini Plinio.
Viruni. populi ſunt Ptolem. Germaniæ magnæ.
Viſburgi. populi ſunt in Germania magna.
✤ Viſenus. fons eſt Solino in Lygurum finibus.
Viſontium. oppidum eſt in Pannonia ſuperiori.
Viſtula. flumen eſt in Germania.
Viſurgis. fluuius eſt in eadem Germania.
Vitaca. oppidum eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Vitis. fluuius eſt in Octaua Italiæ regione.
Viuentani. Plinio populi ſunt Vmbriæ.
✤ Vlia in Hiſp. opp. Cæſ. in Com. Vlia (inqt) ppe Cordubā.
Vlcinium. oppidum eſt Ptolem. in Dalmacia.
Vlyſſipona ſiue Vlyſſea. ciuitas eſt Luſitaniæ.
Vlmanectes. populi ſunt Galliæ Belgicæ.
Vlpia. ciuitas eſt Germaniæ inferioris.
Vlpianum. oppidum eſt Ptolem. in Dacia.
Vlpianum. oppidum eſt eidem Myſiæ ſuperioris.
Vmbranici. populi ſunt prouinciæ Narbonenſis.
Vmbria. regio eſt late patens in Italia.
Vmbri. populi ſunt in eadem regione.
✤ Vmbri Ptolemæo ſupra Thuſcos ſunt.
✤ Vmbricum. oppidum eſt ab Vmbris conditum.
✤ Vmbro. onis. fluuius eſt Italiæ in Hetruria. Pli.
✤ Vmbro qui & Laber dicitur. fluuius eſt Inſubriæ.
✤ Vmbro. mons eſt in Caſtiano itinere ab urbe in Gallias.
✤ Vmbronus ager, ubi umbri orti, qui poſtea Etruſc⁹ dictus.
Vna, fluuius eſt Mauritaniæ Tingitanicæ.
✤ Vnæ. fluuij oſtium in eadem eſt Mauritania.
Vndalus. Straboni ciuitas eſt prouinciæ Narbonenſis.
Vndo. fluuius eſt in Sarmatia Aſiatica.
Vnindum Ptolem. oppidum eſt Hiſpaniæ.
✤ Vnzela. ciuitas eſt Piſidiæ in Pamphilia Ptolem.

V. ANTE. O.

Vocates. populi ſunt Galliæ Aquitanicæ.
Vocontij. populi ſunt Galliæ Narbonenſis.
Vodona. ciuitas eſt in Arabia fœlici.
Vogeſus. fluuius eſt Galliæ Cæſari & Lucano.
Volane. oſtium Padi fluminis. (terranea.
✤ Volaterrana uada. Pli. in Hetruria. Pto. in Thuſcia medi-
Volaterrani. populuſi ſunt Hetruriæ. (truſcum.
✤ Volaterra una ex. iiij. urbib⁹ quas Ian⁹ poſuit ad litt⁹ He-
✤ Volcanarum ſtagna in prouincia Narbonenſi ultra Roda-
Volcæ. populi ſunt Galliæ Narbonenſis. (num.
✤ Volcen. una ex. iiij. colonijs. quas Ianus poſuit ad litt⁹ He-
✤ Volcentum colonia eſt eadem, quæ Volcen Pli. (truſcū.
✤ Volcētū iacet nūc diruta. nō pcul á Caſtro urbe maritima.
✤ Volcen ab accolis Vote p Volce pferūt ſic Pto. Volce.
✤ Volcentani. populi ſunt in Campania Catoni.
✤ Volcera Ptolem. in Illyride ſiue Liburnia eſt.
Volci. orum. populi ſunt mediterranei Thuſciæ.
Volcinienſes. populi ſunt Hetruriæ Plinio.

Volentium.oppidum eſt in Pannonia ſuperiori.
Volſentani.populi ſunt Lucaniæ in Italia.
✤ Voli.populi ſunt Mauritaniæ Tingitanicæ.Pto.
Volobriga.oppidum eſt Ptolem.in Hiſpania.
✤ Vologeſia.ciuitas eſt Babyloniæ Ptolem.
✤ Voloſci appellantur autore Catone,qui Volſci.
✤ Volſas metropolis fuit Anxur.nunc Tarracina.Cato.
✤ Volſas ſinus Ptolem.ponitur in Britannia.
✤ Volſiniū Pto.in Thuſcia,Volſini,uel poti⁹ Vulſini.
✤ Volſiniū una.iiij.coloniarū,quas Ian⁹ in Italiæ mediterra-
✤ Volturrena.uallis eſt circa Latium lacū. (neis poſuit,
✤ Volturrena.gens tertia Thuſciæ ſub radicibus Ciminijs.
✤ Volturrena & Turrena incertæ ſunt originis.Varro.
Volubilis.ciuitas eſt in Mauritania Tingitanica.
✤ Volubile.oppidum eſt Mauritaniæ.
Voluntij.populi ſunt Ptolemæo in Hibernia.
Vombrix.oppidum eſt Mauritaniæ Tingitanicæ.
Vomanum.flumen eſt Piceni in Italia.
✤ Von.opp.eſt Aphricæ inter Bragadā & Tritonē amnes.
Vorganium.oppidum eſt Oſiſmiorū in Gallia Belgica.

V. ANTE. R.

Vraci.populi ſunt Celtiberiæ in Hiſpania.
Vranopolis.oppidum eſt Plinio in Atho monte.
Vranopolis altera ciuitas eſt Pamphiliæ.
Vrbara.oppidum eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Vrbigenus pagus eſt Heluetiorum in Gallia belgica.
Vrbinates.populi ſunt in octaua Italiæ regione.
✤ Vrbinum.oppidum in flaminio itinere ab urbe in Gallias.
Vrbona.ciuitas eſt Ptolemæo in Hiſpania.
Vrca.ciuitas eſt Ptolemæo in Hiſpania.
Vrciorum.oppidum eſt inter Bæticā & Tarraconam.
Vrcitanus.a.um.ad Vrcos ſiue Vrcam pertinens.
Vrcinium.oppidum eſt Ptolem.in Corſica.
Vrgao ſiue Virgao.oppidum eſt Bæticæ.
Vria ſiue Vrium.oppidum eſt in eadem Bætica.
Vrigia.oppidum eſt Bæticæ conuentus Gaditani.
Vrias.ſinus eſt in littore Appulo.
Vrolanium.oppidum eſt Ptolem.in Britannia.
Vrſabaluia.ciuitas eſt Picenorum mediterranea.
Vrſentini.populi ſunt Lucaniæ in Italia.
Vrſo quæ Genua Vrbanorum oppidum Bæticæ.
Vrticini populi fuerunt in Picœno delectū á Romanis.

V. ANTE. S.

Vſbium.ciuitas eſt Ptolemæo in Germania.
Vſepolis,Colonia eſt Ptolem.in Sardinia.
Vſipites.populi ſunt Germaniæ.
Vſtica.inſula eſt Plinio in mari Siculo.
Vſtudama.oppidum eſt in Thracia regione.
Vſudica.prætura eſt Ptolem.in Thracia.

V. ANTE. T.

Vtica.ciuitas eſt in Aphrica proprie dicta.
Vticenſis.e.ad Vticam pertinens.
Vtina an Vthina.opp.eſt Aphricæ ſub Adrumento.

V. ANTE. V.

Vulcania.inſula eſt prope Siciliam inſulam.
✤ Vulcania ſiue Vulcani inſula una ex Aeolijs.Diod.
✤ Vulcaniæ inſulæ eædem ſunt,quæ Aeoliæ Solino.
Vulgientes.populi ſunt prouinciæ Narbonenſis.
✤ Vulſini.l.Volſini.populi Italicorum,vn̄ Vulſienſes.
✤ Vulſinus lacus eſt Vulſini opp.opulentiſſ.in Hetruria.
Vulturnus.fluuius eſt Campaniæ cum oppido.

V. ANTE. X.

Vxama.oppidum eſt Hiſpaniæ citerioris.
Vxamargella.ciuitas eſt Ptolem.in Hiſpania.
Vxela.ciuitas eſt Ptolem.in Britannia inſula.
Vxentum.opp.eſt Salentinorum mediterraneū in Italia.

V. ANTE. Z.

Vzalitanum opp.eſt Aphricæ proprie dictæ.
Vzare.populi ſunt in eadem Aphrica.
Vzecia.oppidum eſt Aphricæ ſub Adrumento.
Vzia.ciuitas eſt Ptolem.in Perſide regione.
Vzita opp.quoq; eſt Aphricæ ſub Adrumento.

¶De incipientibus á.X.litera.

XAnthus.fluuius eſt & oppidum Ciliciæ.
Xanthus.fluuius eſt in Troade regione.
✤ Xanthus pro Scamander poſuit Homerus.
✤ Xeda uia,in qua Lycurgi ſepulchrū apud Pergamiam.
Xilices Aethiopes.populi ſunt Libyæ interioris.
Xylina.ciuitas eſt Cappadociæ prope Ciſtios.
Xylopolitæ.populi ſunt eiuſdem Macedoniæ.
Xylopolis.ciuitas eſt Migdoniæ in Macedonia.
Xiphoniæ.promontoriū eſt Siciliæ prope Syracuſas.
Xyſtiani.populi ſunt Cariæ conuentus Alabandici.
Xois.ciuitas eſt Metropolis in Aegypto.
Xoites nomos.præfectura eſt in eadem Aegypto.

¶De incipientibus á.Z.litera.

ZAbida uicus mediterraneus Arabiæ fœlicis.Steph.
✤ Zachanta autori eidem ciuitas eſt Iberiæ
Zachatæ.Populi ſunt Sarmatiæ Aſiaticæ.
Zacynthus.inſula eſt contra Aetoliam ſita.
Zadris.ciuitas eſt Ptolemæo in Colchide.
✤ Zea.ciuitas eſt Bœotiæ autore Stephano.
✤ Zagera.ciuitas eſt Paphlagoniæ in Galatia Ptolem.
✤ Zagyſtis.regio eſt Libyæ Stephano autore.
✤ Zagrais.ciuitas Arabiæ deſertæ iuxta Meſopotamiā.Pto.
Zagrus.l.Zagrius,mons eſt in Media regione.
Zagmais.ciuitas eſt Arabiæ deſertæ iuxta Meſopotamiā.
Zalacus.mons eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Zalaca.ciuitas eſt Ptolem.in Media.
✤ Zalapa opp.eſt Aphricæ ſub Adrumento.Ptol.
Zama,ciuitas eſt eidem in Meſopotamia.
Zama.ciuitas eſt eidē in Cappadocia præfecturæ Scāmañ.
Zama.ciuitas eſt omnibus in Aprica.
✤ Zamarij Pto.populi ſunt Libyæ interioris.
✤ Zamenſe opp.Aphricæ proprie dictæ Plinio.
✤ Zame fōs Aphricæ,ex quo Canoras uoces fieri tradit.Pli.
Zanatha.ciuitas eſt Ptolem.in Arabia petræa.
Zancle.oppidum eſt Siciliæ,quæ poſtea Meſſana.
✤ Zancle opp.Meſſeniæ in Peloponneſſo.Pli.lib.iiij.
Zanclæi.populi ſunt Siciliæ ſtipendiarii.
✤ Zancleum ſaxum in freto Siculo eſt.
✤ Zancleum á Zancle opp.Siciliæ propinquo dicitur.
Zanta.ciuitas eſt Ptolemæo in Media.
Zanieta.mons eſt in Arabia fœlici.Pto.
Zaphas.mons eſt Libyæ interioris. á quo Darados fluit.
Zaratha.ciuitas eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.

Zarama.ciuitas eſt Ptolem.in Media.
✤ *Zaranis Ptolem.ciuitas eſt in Media.*
✤ *Zarax Stephano ciuitas eſt Laconiæ.*
Zarax.acis.ciuitas Peloponneſi in ſinu Argolico.
Zargidaua.oppidum eſt in Myſia inferiori.
✤ *Zarias.ciuitas eſt Straboni libro undecimo.*
✤ *Zariaſpa ciuitas quæ Bracta,ſed Pto.diuerſa à bractis.*
✤ *Zariaſpa Stephano ciuitas Bractianorum.*
✤ *Zariaſpi.populi ſunt á Zariaſpa cognominati.*
✤ *Zarmizegethuſa,regio eſt in Dacia Ptolem.*
Zaruana.ciuitas eſt Armeniæ maioris Ptolem.
✤ *Zaueæs.gens eſt Libyæ autore Stephano.*

Z. ANTE. E.

✤ *Zebece.es.ciuitas eſt Galileæ Stephano.*
✤ *Zebittis autori Stephano ciuitas eſt Libyæ.*
✤ *Zeiritæ.populi ſunt Ptolem.in Arabia fœlici.*
✤ *Zela locus eſt Armeniæ Stephano autore.*
Zela quæ flauiopolis.oppidum eſt Thraciæ.
Zelia.prope Idam montem.Homer.ſub pede ultimo Idæ.
✤ *Zelia per.ei.in penultima.ciuitas eſt Troadis.*
Zelis.oppidum eſt Maritimum Mauritaniæ
✤ *Zelos Stephano ciuitas eſt Heſperidum Aethiopum.*
✤ *Zenobij ſeptem Ptolem.in Arabia fœlici.*
✤ *Zenodotion.ciuitas eſt Stephano.*
✤ *Zenonis Cherſonneſſus in Taurica Cherſonneſſo.*
Zephyre inſula eſt non longe á Creta inſula.
✤ *Zephyria cognominata eſt Melos inſula.*
✤ *Zephyrion Stephano Halicarnaſſos Cariæ.*
Zephyrium.promontorium eſt in Creta.
Zephyrium.oppidum eſt iuxta Mœotidem Lacum.
Zephyrium.oppidum eſt in Cappadocia.
Zephyrium.promontorium eſt in Cypro inſula.
Zephyrium.promontorium eſt Locrorum in Italia.
Zephyrium.promontorium eſt in Cyrenaica.
Zephyrium..oppidum eſt Lyciæ & Ciliciæ.
Zeta.promontorium eſt ſyrtis minoris in Aphrica.
Zeugitana regio eadem quæ Aphrica.
Zeugienſii.populi ſunt Mauritaniæ tingitanicæ.
Zeugma.ciuitas eſt Syriæ ad Euphratem.
✤ *Zeugma.ciuitas eſt Ptolem.in Dacia.*

Z. ANTE. I.

✤ *Zigantes.populi ſunt in Aphrica Herod.lib.iiij.*
✤ *Zygantis.ciuitas eſt Libyæ.Stephanus.*
✤ *Zigere.oppidum eſt Thraciæ Plinio lib.iiij.*
Zyges.populi ſunt præfecturæ libycæ in Aegypto.
✤ *Zygi.in Boſporo Aſiæ ponitur Steph.*
Zigira.oppidum eſt Ptolem.in Aphrica & in Aſſyria.
✤ *Zigis.portus Libyæ in Marmarica.l.Aegypto Pto.*
✤ *Zygma.inſula eſt in mari Erythreo Steph.*
✤ *Zigritæ.populi Libycæ nomi Ptolem,in Aegypto.*
✤ *Ziliæ opp.Mauritaniæ Tingitanicæ mediterraneum.*
Zimara.oppidum eſt Armeniæ,quæ Cimara.
✤ *Zinchi.populi ſunt in Sarmatia Aſiatica.Ptolem.*
✤ *Zingris.uilla Libycæ nomi in marmarica, ſiue Aegypto.*
✤ *Zingris uide an ſit Zigris uilla eadem.*
Zingis.promontoriũ eſt in ſinu Barbarico Aethiopiæ ſub Aegypto.
✤ *Zipoetion Stephano ciuitas eſt Bithiniæ.*
Zitha.ciuitas eſt Meſopotamiæ ad Euphratem.
✤ *Ziza Ptolem.oppidum eſt in Arabia petrea.*
✤ *Zizoatra Ptolem.autori minoris eſt Armeniæ.*

Z. ANTE. O.

✤ *Zoara Stephano ciuitas eſt Perſidis.*
✤ *Zobidæ.gens eſt Carmaniæ eidem autori.*
Zoara.ciuitas eſt Ptolem.in Arabia petrea.
✤ *Zoetæon per.ci.in penultima.ciuitas eſt Arcadiæ Steph.*
Zogocara.ciuitas eſt Armeniæ maioris.
✤ *Zombio Stephano autori ciuitas eſt Mediæ.*
Zone.es.oppidum eſt Thraciæ regionis.
✤ *Zone.es.Stephano ciuitas eſt Ciconum.*
Zopariſtus.ciuitas eſt Armeniæ minoris in regione Melitenæ.
Zophanitica,Toparchia eſt Iudææ Paleſtinæ.
Zoriga.ciuitas eſt Ptol.Armeniæ minoris.
Zoropaſſus.ciuitas eſt eiuſdem Armeniæ minoris.
✤ *Zoſter.promontoriũ eſt Atticæ iſthmos Straboni li.ix.*

Z. ANTE. V.

✤ *Zugar.oppidũ eſt Aphricæ ſub Adrumento.Ptolem.*
✤ *Zunchis.ciuitas eſt Libyæ autore Stephano.*
Zurmentum.oppidum eſt Aphricæ ſub Adrumento.
✤ *Zurobara Ptolem.oppidum eſt in Dacia.*
Zurua,ciuitas eſt Armeniæ maioris.
Zuchabara.oppidum eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Zuchabari.mõs eſt in Aphrica ꝓprie dicta,á quo cinyphs defluit.
✤ *Zuſidaua Ptolem.ciuitas eſt in Dacia.*
✤ *Zuthia in Sicilia eſt Diodoro lib.vi.*

AElij Antonij Nebriſſenſis Grammatici triplicis dictionarij finis. ſcilicet Latini ſermonis in Hipanienſem, Hiſpanienſiſq; in Latinum
Et Locorum, Ciuitatum, Montiũ, Fontium, Fluuiorum,
Lacuum, Promontoriorum, Portuum, Sinuum,
Inſularum memorabilium. Omnia alphabetico ordine collocata, atq; excuſa.
Anno Milleſimo Quingenteſimo Quadrageſimo
Quinto.

APVD INCLYTAM GRANATAM.

AD INDOLIS EGREGIAE LIBEROS MAGNIFICI atq; proinde ſplendidiſsimi equeſtris ordinis viri Michaelis Almazani á ſecretis regum Clariſsimi Ferdinandi regis Aelius Antonius Nebriſſenſis Hiſtoricus Regius.

S. P. D.

LIBET mihi pauliſper iocari vobiſcum filij chariſsimi, ſic enim volui vos interim appellare, ſiue ætatis, ſiue doctrinæ, ſiue amoris pietatiſq; ratione. Fuit me iuuene Euangeliſta quidam nomine, vir inter primores Hiſpanos atq; in curia regali propeſemper uerſatus alioqui natura perquam facetus. Is cum itinere quodam aſſectaretur Areuacenſium ducem, perventumq; eſſet in biuium, quod indiſcreta diſferentia ſe partes in duas findebat: interrogatus ab ipſo Duce: vtra ex illis ad locũ deſtinatũ perduceret, vtramq;, reſpondit, clariſsime Dux ſimul arripito. Iſto nãq; modo non aberrabis. Cum menſibus proximis Bilbili cum pientiſsima matre veſtra hibernaretis: accepi literas a prælectore veſtro Laſtra: quibus faciebat me certiorem & vos bene valere: atq; in præceptis artis grammaticę: illis maxime quæ in promptu eſſe debent: ſatis cõmode inſtitutos. Lętatus ſum ita me deus bene amet, perueniſſe vos iam ad biuium, quemadmodum ait Pöeta: partes vbi ſe via findit in ambas. Non dico illas, quarũ altera tendit ad Eliſeos: altera ad pallentes vmbras erebi, noctẽq; profundam: ſed ad illas quibus inſiſtunt Latini ſermonis ſtudioſi. Quas ego nunc vos cum Euangeliſta meo ſimul arripere hortor, & moneo: non enim altera obſtat alteri: cuiuſmodi erant illæ, de quibus interrogatus reſpondit: quin potius alterutra alterius auxilio recreata ad deſtinatum finem perducit. Quæ ſunt dicetis duæ illæ viæ, quibus tantopere iubeo vos inſiſtere? Nimirũ vt Latinam lectionem vertatis in ſermonem Hiſpanum atq; é diuerſo Latinis Hiſpanas voces permutetis. Non obſtat alterũ ſtudium alteri: immo ſe inuicem iuuant, cum eadem ſit via Thebis Athenas & Athenis Thebas: exemplum dialecticis familiare, quod iam in prouerbium abijt. Quædam enim ſunt opera: quæ niſi é contrario nitentibus: perfici non poſſunt: quemadmodum mulierculæ duæ linthea polientes: cum humorem conceptum exprimere volunt; nunquam efficient, quod ambæ intendunt, niſi vtrinq; obluctãtes diſtorqueant. Vt vtrãlibet inſtiteritis viam iucundiſsimi filij: duos mitto vobis duces, atq; ſtudiorum veſtrorum probos adiutores. Alterum qui vobis Latinos auctores legentibus præſto ſit. cũ in reconditioris alicuius ſignificationis verbum incideritis, alterum quẽ poſsitis conſulere quoties a præceptore veſtro propoſita Hiſpana theſis Latino ſermoni vobis reddenda fuerit. Sic enim & Latina Hiſpanis & Hiſpana Latinis commodiſsime permutabitis. Valete patris optimi atq; proinde nobiliſſimi voluptas & altera ſpes. Salmanticæ Kal. Aprilibus. Anno. M. D. XIII.

Fabianus Antonij Nebriſſenſis. F. Ad Lectorem.

Iam iam quid dubitas, immẽſa per æquora tutus
Sidere tam fauſto tendere vela noto:
Caſtallidũ percurre choros, Latiaſq; camœnas:
Rhetoricum quicquid ditia regna beat,
Aut quid naturæ varios effingere vultus.
Quicquid tellus alit: Oceanuſq; placet.
Et medicas aude ſyluas penetrare latentes,
Nec ſemper noſtris inuia luſtra time.
Iura inuade ſimul quotquot ciuilia campos
Sacratos; pariter dogmata Pontificum.
Deniq; & humana & diuina volumina tenta,
Hic aditus faciles pandit ad omne liber.
Qđ metuas nõ eſt obſcura ęnigmata, ſphingos:
Et lamas, ſi quas ſemita foite parat.
Non eſt qđ ſyrtes paueas, ſæuaſq; charybdes:
Atq; vagas cautes: cimmeriumq; fretum.
Antonio hæc igitur debetur gloria ſoli:
Ac laudum titulis hic numerandus erit.
Primus in heſperię populos, velut ęthere miſſus,
Quod doceas latios reddere verba ſonos.
Et pro ſarmaticæ ſtridenti murmure linguæ,
Romanum dederis primus & eloquium.
Verbaq; nunc iterum magno digeſta labore.
Rebus quod facias concinnuiſſe ſuis.

FINIS.

UPB

VALERII PROBI GRAMMATICI DE NOTIS ANTIQVARVM LITERARVM.

A

A.	Aulus.
AVG.	Auguſtus, uel Augu.
AV.	Auguſti.
AA.	Auguſtalis.
AVR.	Aurelius.
AG.	Agit.
AC.	Actio.
ACM.	Actionem.
AM.	Amicus.
AM.N.	Amicus noſter.
AVT.	Autoritas.
A.	Aut.
AT.	Autem.
AN M.	Actionem mandat.
AP.	Apud.
APP.	Appellat.
ACC.	Acceptat.
ADI.	Adiutor.
ADI.P.	Adiutor puinciæ. l. patriç. l. populi.
AD.L.	Ad locum.
AD.F.	Ad finem.
AD.E.	Ad exactorem.
AB.V.C.	Ab urbe condita.
A.A.A.F.F.	Aes, argento, auro flato feriundo uel flauo feriundo.
A.L.E.	Arbitrium litis æſtimandæ, uel liti æſtimandum.
A.D.P.	Ante diem pridie.
A.B.V.	A bono uiro.
ABS.	Abſolutus.
A.L.	Alia lex.
AER.COL.	Aere collato.
AER.	Aerarium.
AVG.	Auguſti.
AM.P.	Amabilis perſona.
A.O.	Alij omnes.
AEQ.P.	Aequalis perſona.
ARM.P.	Arma publica.
A.TE.	A tergo.
A.A.L.M.	Apud agrum locum monumenti.
A.P.R.C.	Anno poſt romam conditam.
AEDIL.	ædilis.
AEDILL.	Aediles.
AEDILL.CVR.	Aedilis curulis.
AEDIL.PL.	ædilis plebis.
A.P.Q.	Aulus Publij Quinti.
A.A.	Apud agrum.
APP.	Appius.
AN.vel ANN.	Annis.
ANT.	Ante.
A.N.	Ante noctem.
A.X.	Annis decem.
ANT.T.C.	Ante terminum conſtitutum.
A.A.A.F.F.	Auri, argenti, æris. flati fabricę.
ADP.vel ADOP.	Adoptiuus.
ACVL.AVGG.	A cubiculo auguſtorum.

B

B.	Bonus.
BR.	Bonorum.
B.F.	Bona fide, uel fortuna.
BF.	Beneficium.
B.F.C.	Bona fide contractum.
B.M.	Bonæ memoriæ.
B.M.	Bene merenti.
B.	Balbius.
B.L.	Bona lex.
B.C.	Bonum conceſſum.
B.D.	Bonum datum.
B.GR.	Bona gratia.
B.I.	Bonum iudicium.
B.I.I.	Boni iudicij iudicium.
B.A.	Bonam actionem.
B.P.	Bona poſſeſſio. l. bonorum poſſeſſor.
B.M.F.	Bene merenti fecit.
B.M.P.	Bene merenti poſuit.
B.N.	Bona noſtra.
B.P.	Bonũ publicũ, uel bona paterna.
B.F.	Bene fecit.
B.AV.	Bonis auſpicijs. l. bonis auibus.
B.V.	Bonus uir, uel bene uixit.
B.F.	Bona fœmina.
B.R.P.N.	Bono rei publicæ nato.
B.Q.	Bona quæſita.
B.S.	Bene ſatisfecit.
B.T.	Bonorum tutor.
BRT.	Britannicus.
B.V.V.	Balnea, uina, uenus.
B.F.P.	Bonæ fidei poſſeſſor.

C

C.	Caius.
C.	Cum.
C.S.	Conſulum ſententia.
CL.	Claudius.
CIPP.	Cippus.
CM.	Comis.
CN.	Cneius.
COR.	Cornelius.
CAES.	Cæſar.
CAES.A.	Cęſar Auguſtus.
CR.	Contractum.
C.CR.	Contrarium contractum.
Ɔ.	Caia, uel Con.
ƆO.	Controuerſia.
CC.	Circum.
CA.	Cauſa.
C.M.	Cauſa mortis.
C.R.C.	Cuius rei cauſa.
C.R.C.P.	Cuius rei cauſa promittis.
COS.	Conſul.
COSS.	Conſules.
CS.	Conſiltarius.
C.L.	Caij libertus.
CON.	Conſularis.
C.R.	Ciuis Romanus.
COL.	Colonia Coloni.
COLL.	Collegę.
C.E.C.	Coloni eius Coloniæ.
CR.	Creticus.
CN.ARR.	Cneius Arrius.
C.C.	Conſilium cepit, uel ceſſet.
CC.	Cauſa cognita.
C.V.	Centum uirum.
CV.	Clariſſimi uiri.
COM.OB.	Comitia obdriaca.
C.B.	Commune bonum.
C.C.C.	Cenſa ciuium capita.
C.I.C.	Caius Iulius Cæſar.
CEN.A.	Cenſoris arbitratu.
COS.	Cohors.
COS.DES.	Conſul deſignatus.
COSS.DES.	Conſules deſignati.
CA.	Camillus.

C.F.	Caſſ filius.
C.L.	Caiæ libertæ.
C.L.X.	Conlibertę clariſſimæ.
C.N.	Ciuis noſter.
CVR.	Curionum,uel Curiaſium.
CENT.	Centuria.
CENT.	Centuriones.
CEN.P.	Cenſor perpetuus.
C.L.	Caius libertus.
C.L.	Conlibertæ.

D

D.	Dedicauit.
DD.	Dedicauerunt.
D.C.A.	Diuus Cæſar Auguſtus.
D.M.F.V.C.	Dolo malo fraudiſue cauſa.
D.	Diuus.
DEST.	Deſtinato.
D.PP.	Deo perpetuo.
D.P.	Diuus Pius,uel dijs penatibus.
D.Q.	Dijſq;.
D.	Deuotus,uel decius.
DE.D.	Deo dicauit.
D.D.	Dotis datio.
D.D.	Dijs dantibus.
D.D.	Dono dedit.
D.DD.	Dono dedere.
D.G.	Dedit gratis.
D.N.M.Q.	Deuoti numini maieſtatiq;.
D.H.	Donauit heredibus.i.dono habuit.
D.O.	Deo optimo,uel dijs omnibus.
D.P.	Deo perpetuo.
DE.	Decius.
D.V.	Deuotus uir,uel ueſter.
DOT.	Dotem.
D.P.	Dotem petit.
D.F.	Dotem fecit,uel donum fecit.
D.M.	Dolum malum,uel dubium malum.
D.M.	Domus mortui.
D.M.	Dijs manibus.
D.M.S.	Dijs manibus ſacrum.
DT.	Duntaxat.
DN.	Dominus.
DNN.	Domini.
DF.	Defunctus.
DIL.	dilectiſſimus.
DVL.	dulciſſimus.
D.Q.R.	de qua re.
D.Q.S.	de quo ſupra.
D.C.S.	de conſulum ſententia.
DIG.M.	dignus memoria.
D.PEC.R.	de pecunijs repetundis.
D.T.S.P.	diem tertium,ſiue perendinum.
D.V.	dijs uolentibus.
D.L.S.	dijs Laribus ſacrum.
DR	druſus.
DICT.	dictator.
DL.	delego.
D.N.	domino noſtro.
DD.NN.	dominis noſtris.
D.D.D.	datis decreto decurionum,uel dono decurio dedit.
D.M.AE.	Deo magno æterno.
DIL.S.	Dilectiſſimus ſeruus.
DEC.DEC.	decem decani.
DEC.DEC.	Decreto decurionum,uel decem decuriones.
D.D.D.	Dono,dedit,dicauit.
DL.	Dat laudes,uel donauit locum.
DES.	Deſignauit,uel deſignatus.
D.D.L.M.	Dono dedit libero munere.
D.C.	Diuus Cæſar.
D.P.S.	Deo poſuit ſibi.
D.L.D.P.	Dijs locum dedit publice.
DVC.DVC.	Ducum ductore.
D.IM.S.	Dijs immortalibus ſacrum.
D.D.D.D.	Dignum deo donum donauit, uel dicauit.
D.V.	Deuotus ueſter.
D.AVG.	Diuo Auguſto.
DOMIC.COS.XIII. LVD. SAE.F.C.	Domitianus conſul.xiij.ludos ſæculares faciẽdũ curauit.

E

E.	
EE.	Eſt.
ER.	Eſſe.
E.M.uel E9.M.	Erunt.
E.uel E9.	Eiuſmodi.
E.N.	Eius.
EG.	Etiam nunc.
EP.	Eger.
EP.M.	Epiſtola.
EQ.R.	Epiſtolam miſit.
EX.R.	Eques Romanus.
EXCVR.	Exactis regibus.
E.D.	Excurſio.
E.H.	Eius domus.
E.L.	Eius hæres.
EMP.	Edita lex.
EQ.P.	Emptor.
EQ.OR.	Equus publicus.
EOR.	Equeſtris ordinis.
EF.	Eorum.
EX.DO.AVG.	Eius filius.
	Ex dono Auguſti.

F

F.	
F.uel .F.	Filius.
F.FA.	Filia.
FS.	Filius familias
FR.F.	Fratres.
FOR.	Fratris filius.
FOR.	Foris,uel foras.
FR.	Forte,uel Fortuna.
FR.I.	Forum.
FR.L.	Forum Iulium.
FR.S.	Forum Liuium.
F.F.F.	Forum Sempronij.
	Fortior fortuna fato, uel Fortius fortuna fatum.
F.F.F.	Flauij filius fecit.
FOR.RED.	Fortunæ reduci.
FAC.	Facti.
F.M.	Fati munus.i.fieri mandauit.
F.M.I.	Fati munus impleuit.
F.C.	Fidei commiſſum, uel Fduciæ cauſa,uel fraude creditoris.
F.F.	Fecerunt uel fundauerunt, uel fabricauerunt.
FF.	Fabrefactum.
F.E.D.	Factum eſſe dicitur.
FR.	Fronte.
FL.	Flauius.
FLAM.	Flaminius.
FAC.C.	Faciundum curauit.
F.D.	Fides data.
F.E.	Fides eius.
F.I.	Fieri iuſſit.
F.N.C.	Fidei noſtræ cõmiſſit.i.commiſſum.
F.N.	Fides noſtra.
F.V.C.	Fraudiſue cauſa.
FABR.	Fabrum.
FAB.	Fabius.
F.H.	Filius hæres.

G

G.	Gaudium,uel Genus.
GR.	Gratis,uel Gerit.
GG.	Geſſerunt.
G.R.	Genus regium.

GL.	Gloria.
GL.P.	Gloria parentum,uel pa triç.i.populi.
GL.E.R.	Gloria execcit⁹ romani
G.S.	Genio ſacro,uel ſacrum
G.AVG.	Genio Auguſti.
GL.N.L.	Gloria nominis latini.
GER.	Germanicus.
GERM.DAC.	Germanico, Dacico,
GL.R.	Gloria Romanorum.
GL.P.R.	Gloria populi Romani.

H.

H.	Honor.
H.	Honeſtas.
H.V.	Honeſtus uir.
H.V.	Honeſta uita.
H.M.	Honeſta mulier.
H.F.	Honeſta fœmina
H.L.	Honeſto loco.
H.L.N.	Honeſto loco natus.
H.	Hæres,uel hæredes.
H.	Hora.
H.B.	Hora bona,
H.M.	Hora mala.
H.P.	Hora peſſima.I.honeſta perſona.
H.S.	Hora ſecunda,uel hæc ſit.
H.H.uel HO.H.	Honeſtus homo.
H.M.AD.H.N.TRAN.	Hoc monumentum ad hæredes non tranſit.
H.M.P.	Hoc monumentũ poſuit.uel hic memoriæ poſuit.
H.R.	Honeſta ratio,uel hic requieſcit.
H.M.D.M.A.	Huic monumẽto dolus malus abeſt.
H.P.	Hic poſuit,uel poſuerunt.
H.I.	Hereditario iure.
H.F.	Hic fundat,uel fundauit
H.M.H.N.S.	Hoc monumentum hæredes non ſequitur.
H.L.D.	Hunc locum dedit.
HOS.	Hoſtis.
H.S.S.	Hic ſepulti ſunt.
H.S.E.	Hic ſitus eſt.
H.L.	Hic locus.
H.B.F.	Homo bonæ fidei,
H.D.	Hic dedicauit.
H.DD.	Hic dedicauerunt.
H.S.V.F.M.	Hoc ſibi uiuens fieri mandauit.
H.L.H.N.S.	Hic locus hæredes non ſequitur.

I

I.	In
I.	Inter.
ID.	Interdum.
IA.	Interea.
I.P.	Intra prouinciam.
I.L.	Intra limitem.
I.C.	Intra circulum,uel Iulius Cęſar.
I.T.	Intra tempus,uel iure teſtamenti.
I.T.C.	Intra tempus conſtitutum.
IMP.	Imperator.
IMPP.	Imperatores.
I.D.	In dimidio
I.D.	Iuris dicendi,uel iuris dicundo.
I.P.	In poſſeſſione,I.ius pontificum.
I.L.S.	In loco ſacro
I.L.R.	In loco religioſo.
I.S.S.	Inferius ſcripta ſunt,
I.L.D.	In loco diuino.
I.E.	Iudex eſto.
I.L.P.	In loco publico
I.S	Iudicio ſenatus,uel iudicatum ſolui.
I.S.C.	In ſenatus conſulto
I.P.	Iuſtus poſſeſſor
I.F.uel.I.FO.	In foro.
I.FO.C.	In foro Cæſaris.
I.F.P.	In foro pacis,
I.F.TR.	In foro Traiano.
I.F.IV.	In foro Iulij.
I.F.POP.	In foro Popili,
I.F.B.	In foro Boario.
I.F.L.	In foro Liuij.
I.R.	Iure rogauit,uel iure Romano.
I.R.	Iuribus romanorum.
I.F.FLAM.	In foro flaminij,
I.F.P.R.	In foro pro roſtris.
IIII.V.	Quartum vir.uel Quatrium uiri.
I.N.Q.	Iniuſtis nuptijs quæſitum.
I.D.P.	Iuri dicundo præfuit,uel præerit.
I.D.C.	Iuris dicendi cauſa.
I.C.E.V.	Iuſta cauſa eſſe uidebitur.
I.D.	Inferis Dijs.
I.O.M.	Ioui optimo maximo.
IN.SN.R.	In ſenatu romano.
IVD.	Iudicium.
I.H.	Iuſtus homo.
I.L.	Iure legis,uel iuſta lex.
IN.FR.P.VI.	In fronte pedes ſex.
IN.F.AG.P.X.	In agro pedes decem.
IN.F.IN.A.V.L.P.X.	In fronte in agro uerſus longe pedes decem.
IN.FR.P.VI.LAT.VII.	In fronte pedes ſex latitudine ſeptem.

K

K.uel KL.	Kalendæ
K.IAN.	Kalendæ ianuarij.
K.Q.	Kalendæ Quintilis,
K.S.	Kalendę Sextilis.
K.D.	Capite deminutus.
K.C.	Capite cenſus.
KAR.	Carthago,
K.C.	Carthago ciuitas.
KO.	Cardo.
K.P.	Cardo poſitus.
K.M.	Cardo maximus.
K.F.	Cardo finalis.
K.T.	Capite tonſus.
Ka.	Caſtra,
K.P.	Caſtra ponit.
K.DD.	Caſtra dedicamus.
K.	Chariſſima.

L

L.	Lucius.
L.T.	Lucius Tacius.I.Legem tulit.
L.C.O	Lucus Cornelius,I.lege cauetur.
L.M.	Lucius Morena
LC.S.	Lucrum ſacrum.
LC.DIV.	Lucrum diuinum.
L.D.	Locum deditum
L.EM.	Locus emptus.
L.P.	Locus propicius.I.proprius
L.Q.S.	Locus qui ſupra
LA:C.	Latini coloni.
L.S.	Laribus ſacrum
L.P.C.R.	Latini priſci ciues romani
L.D.D D.	Locum dijs dedicauit.uel dono dederunt,
L.D.D.D.	Locus datus decreto decurionum
L.A:D.	Locus alteri datus,
L.E.D.	Lege eius damnatus.
L.M.	Locus monumento.
L.P.	Lege punitus.
L.R.	Lege Romana
L.V.	Lex uetat.
LG.D.	Legem dat,uel dedit
L.D.A.B.M.	Locum dedit Aulus bene merentis
L.AG.	Lex agraria
L.IV.	Lex Iulia.
L.VOC.	Lex voconia

L.CIN.	Lex Cincia,
LIB.	Libertus,
L.L.	Lucij libertus,
LEG.X.	Legio decima,
L.PVB.	Loco publico.
L.PR.	Loco priuato,
L.H.	Locum hunc,l,locus hę
L.F.	Lucij filiꝰ, (redū,
L.D.	Locum dedit,
L.P.D.	Locus publice datus,
L.DIV.	Locus diuinus,
L.SC.	Locus ſacer,
LG.	Legauit,
LVD.	Ludus,
L.AP.	Ludi Appollinis,
L.L.Q.F.	Luciꝰ luceiꝰ Quinti filiꝰ
L.L.L.	Lucij libertilocus:
M	
M.	Marcus,
MAX.	Maximus,
MA.	Macuuius,
MVN.	Municipia,l, municeps,
M.E.M.	Municeps eiꝰ municipij
MAG.EQ.	Magiſterequitum,
MAG.	Magiſtratus,
M.	Monumentum,
MV.	Mutius,
M.F.	Marci filius,
M.L.	Marci libertus,
M.N.	Meo nomine,
MNF,L.	Manifeſtus locus,
MS.	Menſes,
M.S.P.	Memorię ſuę poſuit,
M.T.	Marcus Tullius,
M.X.	Menſes decem,
MIL.uel M.	Miles
MM.	Milites
M,C,	Monumentū cōdidit.l. cōſecrauit,
M,MAN,	Marcus manlius
M,I,	Maximo Ioui,
M,H,	Magnus homo
MER,S,	Mercurio ſacrū:
M,C,	Marcus Cenſor
M,N,	Milia nummū
M,B,	Mulier bona,
M,R,	Militię rauennatis,
MR,	Miles romanus,
M:PA,	Marcus pacuuius,
M:POP,	Marcus popilius
M,AEM.	Marcus Aemilius
M,REG,	Militię regienſium
N	
N:	Nonius uel non.
NEP,	nepos.
N,L,	nominis latini,uel non licet.
N,K,C,	non calumniæ cauſa
NON:	nonarum.
N,	numiſma,uel nummus,uel noſter,
N,FC,	noſtræ fidei commiſſum,
N.Q.	nuſquam.
N:H,	natus homo,
NOB,	nobilis.
NOBB.	nobiles.
N,F,N,	nobili familia natus
N R:	nero:
N,CL,uel NR,CL:	nero Claudius
N,G,	nobili genere.
N,MACR,	nonius Macrinus,
NEP,S,uel SAC,	neptuno ſacrum
NAT,	natalia,
NAV,	naues,
N VP,	nuptias
NATOR.	natorum.

NEPTVN.	Neptunalia,
NEP.RED.	Neptuno reduci
NEG.	Negotiator,
O	
O.	Optimo,
OP.	Opiter,
O.P.F.	Optimo principi fecit,
OP.	Oportet,
OP.PRIN.	Optimo principi,
OPP.	Oppidum,
OR.	Ornato,
O.	Ordo:uel opinio,
OB.CIV.SER.uel O.C.S.	Ob ciues ſeruatos,
O.V.F.	Omnia uiuens fecit, uel optimo uiuenti fecit,
OB.M.E.	Ob merita eius.
OB.M.P.E.C.	Ob merita pietatis, & concordiæ.
OB.	Obiter.
OR.M.	Ordo militum.
ORB.PAR.	Orbati parentes,
P	
P.	Publius,
POP.	Populius.populus.
P.R.	Populus Romanus.
P.I.R.	Populum iure rogauit.
P.S.	Poſuit ſibi.
PS.	Plebiſcitum.
PR.	Prætor.
PRR.	Prætores.
PERT.	Pertinax.
PLE.	Plebis,
P.C.uel PP.C.	Patres conſcripti,
P.C.	Pactum conuentum.
P.C.	Pecunia conſtituta.l.Patrono colo (loniæ.
P.P.	Pater patriæ.
P.P.P.	Primus pater patriæ.
P.D.	Publice dedit.
PEC.	Pecunia.
P.K.uel PRI.KL.	Pridie Kalendas.
P.Q.	Poſtq̃.
PROV.	Prouincia.
POB.	Poblicius.
PRON.	Pronepos.
PR.ID.	Pridie.idus.
PAL.	Palmatus.
PR.S.	Prætoris ſententia.
P,R,E,	Poſt reges exactos.
PROC,	Proconſul.
PONT,MAX,	Pontifex maximus.
PR,VR,	Prætor urbanus.
PROCOSS,	Proconſules.
P,H,C,	Publicus honor curādus
PAR,	Parentum.
P,M,	Principi militum,l.plus minus,
P.	Pupillus.
PV,	Pupilla.
PR,PER.	Pretor peregrinus.
PIENT,	Pientiſſimus.
PRIN,IVVEN,	Principi iuuentutis.
P,AEL,AVG,LIB,	Publius Aelius Augusti (libertus.
PRS,	Præſes.
PRSS,	Pręſides.
PRS,P,	Pręſes prouincię.
PRAEF,VIGIL,	Pręfectus uigilum.
PRAEF,VRB,	Pręfectus urbis.
P:P,	Pater patratus.
P,S,F,	Publice ſibi fecit.
P. F,	Publij filius.
P,F,	Pius fœlix.
P,L,	Publij libertus.
P,M,	Pontifex maximus.
PRAEF,PRAES,	Pręfectus pręſidi.
PATR,	Patricius.

P.S.F.C.	Publicæ ſaluti faciũdũ curauit, uel Publico, uel proprio ſumptu faciundum curauit.
P.P.P.E.S.S.S. V.V.V.V.V.V.V. F.F.F.F.	Pater patriæ profectus eſt. Secum ſalus ſublata eſt. Venit uictor ualid⁹. Vicit uires urbis ueſtræ ferro, fame, flamma, frigore.
PLEBS.VRB.ET.HNOV.	Plebs vrbana & honore vſ.

Q.

Q.	Quintus, uel Quintius.
Q. vel Q.V.	Quartus.
Q.M.	Quomodo.
Q.A.M.	Quemadmodum.
Q.S.S.S.	Quæ ſupra ſcripta ſunt.
Q.R.F.E.V.	Quuod recte factum eſſe uidebitur.
Q.VAES.	Quæſtor.
Q.VAESS.	Quæſtores.
Q.L.	Quinti libertus.
Q.N.A.N.N.	Quãdo neq; ais neq; negas.
Q.B.F.	Quare bonum factum.
Q.E.R.E.	Quanti ea res erit.
Q.F.	Quinti filius.
Q.B.M.V.	Quæ bene mecum uixit.

R

R.	Roma.
RO.	R[illegible]ani.
RP.	Reſp[illegible]blica.
R.L.P.	Recte legi poſſit.
R.F.E.D.	Recte factum eſſe dicetur.
R.F.E.V.	Recte factum eſſe uidebitur.
RET.P.	Retro pedum,
RET.P.XX.	Retro pedes uiginti.
RVR.	Rura.
REG.	Regio.
REI.M.	Rei militaris.
R.C.	Romana ciuitas.
R.R.	Rurum Romanorum.
R.REG.	Rurum regienſium.
R.VER.	Rurum Veronenſium.
R.R.	Ruderibus reiectis.
REG.F.	Regis filius.
R.D.	Regis domus.
R.R.R.F.F.F.	Regnum Romæ ruet, ferro, flamma, Frigore.
R.P.C.	Rei publicæ conſtituendæ.
R.N.LON.P.X.	Retro non longe pedes decem.

S

SP.	Spurius.
SER.	Seruius, uel Sergius.
SEX.	Sextus.
SC.	Senatus conſultum.
S.D.	Sententiam dicit.
SIL.	Silla.
S.N.L.	Socij nominis latini.
S.F.S.	Sine fraude ſua.
S.T.A.	Sine tutoris autoritate.
S.P.Q.R.	Senatus populuſq; Romanus.
S.M.P.E.	Sulmo mihi patria eſt.
S.N.S.Q.	Si negat ſacramento quærito.
S.S.C.	Secundum ſuam cauſam.
S.L.	Sacrorum ludorum.
S.S.	Sacri ſcrinij.
S.P.	Sacri palatij.
ST.MIS.	Stipendio miſſus.
S.P.D.	Salutem plurimam dicit.
S.S.S.	Sancto Siluano ſacrum.
S.P.Q.S.C.P.S.	Sibi poſteriſq; ſuis curauit pecunia ſua.
SCRI.SVL.P.	Scriba Sulmonnenſis populi.
S.C.F.E.	Senatus conſultum factum eſt.
SS.	Sanctiſſimus.
S.	Sacrum, uel Sacellum.
SIC.V.	Sicuti uoluit.
S.S.	Sententia Senatus.
SEPT.	Septimus.
SEV.	Seuerus.
ST.P.	Studium poſuit.
STD.	Stadium.

T

T.	Titus.
TI.	Tiberius.
TVL.	Tullius.
T.A.	Titus Annius.
T.A.	Tutore autore. I. Tutoris autoris.
TR.PL.	Tribunus plebis.
TR.M.	Tribunus militum.
TR.AE.	Tribunus ærarij.
TR.POT.	Tribunicia poteſtate.
TR.CEL.	Tribunus celerum.
TR.V.MON.	Triumuiri monetales.
TR.V.CAP.	Triumuiri capitales.
T.F.	Titi filius.
T.FL.	Titus flauius.
T.F.I.	Teſtamento fieri iuſſit.
T.B.	Tempus bonum.
TM.DD.	Terminum dedicauit, uel dedicatæ.
TAB.	Tabulas.
T.C.	Teſtamento cauetur.
TAR.	Tarquinius.
TER.	Terentius.
TR.LEG.II.	Tribunus legionis ſecundæ.
TRANPAD.	Tranſpadum. uel Tranſpadana.
TRANS.AM.	Trans amnem.
TVT.	Tutela.
TIB.D.F.M.	Tibi dulci filio meo.
T.V.	Titulo uſus.
T.P.	Titulum poſuit.

V

VR.	Vrbs Roma.
VRB.SAL.	Vrbs Saluia.
VAT.	Vates.
V.A.	Veterano aſſignatum.
V.F.	Vſus fructus.
V.F.	Vale fœliciter.
V.P.	Vrbis præfectus.
V.F.	Vir fortis.
V.F.S.E.S.	Viuens fecit ſibi & ſuis.
V.F.	Viuens fecit.
V.B.A.	Vir boni arbitratu.
V.P.R.	Veteri poſſeſſori redditum.
V.PRAE.	Vir prætorius.
V.DICT.	Vir dictatorius.
V.VRB.	Vir urbanus.
VI.VIR.	Sextumuir.
V.S.L.M.	Viuens ſibi locũ monumenti. uel uotum ſoluo libero munere.
V.D.	Vir cõſularis clariſſimus.
V.A.XII.M.II.D.III.	uel uixit annis duodecim menſib⁹ duobus diebus tribus.
V.P.	Viuens poſuit.
V.P.	Vir prudens uel probus.
V.D.	Viuus dedit.
V.S.	Viuens ſtatuit.
VAL.	Valerius.
V.B.F.	Vir bonæ fidei.
V.E.	Verum etiam.
V.I.	Vir iuſtus.
VRB.C.	Vrbis conditæ.
VIC.	Victores.
VIR.VE.	Virgo Veſtalis.
V.N.	Quinto nonas.
V.S.L.M.	Votum ſoluit lubens merito.
VX.	Vxor.
V.M.M.	Votum merito Mineruæ.

X

X.V.	Decemuir.
XP.	Decempondo.
⟼X⟻	Denarius.

FINIS.



Soy [illegible]
B. P. [illegible]
[illegible] Bozen
[illegible]

